dextere dei tu digitus. tu rice  
promisso patris sermone dicans guttura

**Q**uoniam sanctum spiritum in te dele-  
gavit in die sancto penthecostes ipso  
confortavit. et in linguis igneis ip-  
sos inflamavit. et relictos orpha-  
nos ipsos delegavit. **Antiphona.** Veni san-  
cte spiritus. **V. et collucto. Ad sextam.**

**O**pus in adiutorium meum in-  
voca. Domine ad adiuvandum:

**Te.** Scende lumen sensibus. **hymnus.**  
Infunde amorem cordibus infirma no-  
stri corporis virtute firmans peti.

**Ad.** Vtiformem gratiam tunc ac-  
ceptaverunt. quare ydionata civi-  
ta cognoverunt. ad diversa clama-  
ta mundi recesserunt. et fidem ca-  
tholicam vndiq; sparservunt.

**Ver. et Oratio ut s̄ Ad Nonam**

**D**eus in adiutorium meum in-  
tende. domine ad adiuuandū  
me festina. **Gloria hymnus**

**I**stem repellas longius patē  
q̄ donec p̄tinus. ductore sic te pre-  
mo vitemus omne noxiū. **Sp**  
ritus paraclitus velit nos iuuare

gressus nr̄os regere et illuminare  
**C**um deus uenerit omnes su-  
dicare. nos uelit ad suam dexteram  
auellare. **Ant̄ et cetera ut supra**

**D**eus in adiutorium meum in-  
tende. domine ad adiuuandū  
me festina. **Gloria. hymnus**

**P**er te sciamus da patrem. nos

canus atq; filium te utriusq; spi-  
ritum credamus omni tempore

**D**ertere tue tu digue virtus spi-  
ritalis. nos defendat eruatq; ab  
omnib; malis. ut nobis non noc-  
eat demon infernalis. protegat et  
nutriat foueat sub alis. **Ant. ver.**  
**et oratio utis. Ad Completorium**

**Q**nuerte nos deus salutaris  
nosce. et auerte iram tuam  
a nobis. **Deus in adiutorium**

**S**it laus patri cum filio **hymus**  
sancto simul paracletico nobis  
q; imitat filius charissima sancti  
spiritus Amen. **S**piritus pa-  
raclitus fuit appellatus. donum

dei charitas fons unificatus Spi-  
ritalis unctio ignis inflammatus  
septiformis gratia carissima uocat<sup>9</sup>

**Antiphona ver. et Oratio**

**I**n As horas canonicas sic reco-  
lo cordi confouere tibi sancte  
spiritus ut qui nouo more. infla-  
masti seruos ignis in flore. sis  
mibi psidium mortis in horrore

**Missa de sancto spu Introitus**

**S**piritus domini repleuit or-  
bem terrarum alleluia. et  
hoc quod continet omnia scientia  
habet uotis alleluia alla alla

**Ps** Exurgat deus. et dissipentur  
inimici e<sup>9</sup> et fugiant qui oderunt

eum a facie eius **ver.** Gloria patri  
et filio **re. Ky. Kyel. u. Kyrielu.**

**Gloria in excelsis deo. **Vatio****

**Q**uis qui corda fidelium sancti  
spiritus illustratione docuisti.  
da nobis in eodem spiritu recti sa  
pere. et de eo semper consolatione  
gaudere. per dominum nostrum  
iesum cristum filium tuum. qui  
tecum vivit et regnat in unitate  
eiusdem spiritus sancti deus. per  
omnia secula seculorum Amen

**In diebus illis **lectio Actuum Aplos****

**L**um audissent apostoli. qui erat  
jerusalem. quia receperat sama  
ria verbum dei. miserunt ad eos

**8**

veterum et Johannem. **Cum** ~~Quia~~ uen-  
 nissent adorauerunt prope ut  
 acciperent spiritum sanctum. Non-  
 dum enim quengquam illorum ue-  
 nerat. sed baptisati tantum erant  
 in nomine dñi Iesu. Tunc impone-  
 bant manus super eos et accipiebāt  
 spm̄ sanctum. **Grad.** **B**ata gres  
 eius est dñs deus eorum populus quem  
 elegit dominus in hereditatem sibi  
**Ver.** Verbo domini celi firmati sūt.  
 et spiritu oris eius omnis virtus  
 eorum alleluia. **V**eni sancte spi-  
 ritus reple tuorum corda fidelium  
 et tui amoris meis ignem accende  
**Alleluia.** **S**ecundum Johannem  
 + Sequentia s: Euangelij

28  
In illo tempore dixit Iesus discipu-  
lis suis. Si quis diligit me, sermo-  
nem meum seruiabit, et pater me-  
us diliget eum, et ad eum uenie-  
mus et mansionem apud eum fa-  
ciemus. Qui non diligit me, ser-  
mones meos non seruat, et ser-  
monem quem audistis non est me-  
us, sed eius qui misit me, pater.  
Hec locutus sum uobis apud nos in-  
nens. Paracliticus autem spiritus san-  
ctus, quem mittet pater in nomine  
meo, ille uos docebit omnia que  
cumque dixero uobis. Pacem relin-  
quo uobis. Pacem meam do uobis  
non quomodo mundus dat, ego do  
† et suggeret uobis omnia

nobis. **N**on turbetur cor uestrum. ne-  
que formidet. **A**udistis quia ego dixi uo-  
bis uado et uemo ad uos. **S**i diligere-  
tis me gauderetis utique. quia uado  
ad patrem. quia pater maior me est.  
**E**t nunc dixi uobis priusquam fiat.  
ut cum factum fuerit credatis. **S**am  
non multa loquar uobiscum. **V**enit  
enim princeps mundi huius. et in me  
non habet quicquam. **S**ed ut cognoscat  
mundus quod diligo patrem. et sicut ma-  
datum dedit mihi pater. sic facio.  
**D**eo gratias. **C**redo in unum deum  
**O**fferet. **C**onfirmata hoc deus. quod ope-  
ratus es in nobis a templo tuo quod  
est in iherusalem tibi offerent reges

minera alleluia. **S**anctus  
sanctus. Sanctus dñs deus et cet

**A**gnus dei qui tollis peccata  
mundi. miserere nobis. **Commune**  
Factus ē repente de celo sonus ad  
uementis spiritus uehementis  
ubi erant sedentes alleluia. et re  
pleti sunt omnes spiritu sancto  
loquentes magnalia dei alla **orō**

**S**ancti spiritus domine cor  
da mundet infusio. et sui roboris  
intima aspersione secundet. per do  
nostrum iesum xpm filium tuum  
qui tecum uiuit et regnat in unita  
te eiusdem spiritus sancti deus. per  
omnia secula seculorū. Amen. **Be**

medicamus dño Deo gratias in die  
*Mercurij de omnib9 sanctis hore*

**D**omine labia mea ad *Ma9*  
aperies. Et os meum anima  
abit. *Deus* in adiutoriu  
meum intende. Domine ad adiuua  
dum me festina. *Gloria. himnus.*

**S**ancta dei genitrix flos virginita  
tis. fons misericordie. mater pie  
tatis. supra sanctos residens regno  
claritatis. pro nobis cum ceteris cro  
ra beatis. *v.* Subuenite sancti ange  
li dei. occurrere offerentes pces nras  
in conspectu altissimi. *ver.* Domine

exaudi orationem meam. et: *oratio*  
*Infirmamatem nram quesumus*

78  
domine propitius respice. et omnia  
mala nostra que iuste meremur.  
sancte marie et beate katherine. et  
omnium sanctorum atq; sanctorum  
intercessionibus auerte. qui uiuis et  
reginas deus per omnia secula se-  
culorum. Amen. Dne exaudi orati-  
onem meam. Benedicamus dno deo  
gracias. Anime omni fidelium defun-  
ctorum per piam misericordiam  
dei sine fine requiescant in pace  
Amen. Pater nr. aue maria.

**D**eus in adiutorium meum intende. Dne ad adiu-  
uandum me festina. *hymnus*

**A**ngelorum ordines deum qui

laudare. non cessatis iugiter atq;  
adorare. Sanctus sanctus canete  
nos gubernare. **A**ctus hic inferius  
nolite cessare **v. et oio utis. Ad Ter**

**P**atriarche **quam. hymnus.**  
mistico ritu imolantes. vita  
corde cantico deum honorantes. pphie  
prophético spiritu effantes. Apосто-  
li publico sono pdicantes **v. et oio utis**

**Q**uis in adiutorium **ad sexta**  
meum intende. Domine ad  
adiuandum me festina **hymnus**

**E**uangeliste miserece domini fa-  
cta cognoscentes. uerbis euā-  
gelicis eadem scribentes. Sanctiq;  
discipuli traxerunt confitentes. ab

herode mortui sunt et innocentes

*Ver. et orō ut s. Ad Nonam*

**D**eus in adiutorium meum.  
*Hym.* Per palmā martirum deo  
dedicati. Martyres eggy cruore indati. et  
fessionibus deo coniugati. Confes-  
sores monachi et heremite grati.

*Ver. et orō ut s. Ad uesperas*

**D**eus in adiutorium meum  
intende. Dñe ad. *hym.*

*S*anctissime virgines atq; coniu-  
gate. Vidue et martyres. deo dedica-  
te. Omnes sancti sancteq; pro no-  
bis orate. deum vestrīs precibus p-  
nobis placate *v. et orō ut s. ad 2. m.*

**O**nuerte nos deus salutaris

**L**ñe. et auerte iram tuam a nobis

**D**eus in adiutorium me: **hymn⁹**

**E**t per uos sit gratia sua nobis

data. deleantur uicia mundentur

peccata. Dicentur pericula. omni-

a sint grata. nobis detur gloria in

sede beata **⁊ et orō uis. Missa de om.**

**G**audemus **⁊ inbus sc̄is introit⁹**

omnes in dño. diem festum cele-

brantes in honore sanctorū

ommium. de quorum festiuitate

gaudent angeli. et collaudant fili-

um dei **⁊ ps̄. Exultate iusti in dño**

rectos decet collaudatio. **Gloria**

patri et filio. **G**audemus. Kyrie

leyson ter. x̄p̄eleyson ter. Kyriel ter

88  
Gloria in excelsis deo. Et in terra  
**O**mnipotens semper. **Oratio**  
terne deus. qui nos omnium  
sanctorum merita sub vna celebri-  
tate venerari retribuisti. quesimus  
ut desideratam nobis preciationis  
abundanciam multiplicatis mer-  
cessibus largiaris. per dominum  
nostrum Iesum Christum filium tuum  
qui tecum vivit et regnat in uni-  
tate spiritus sancti deus pater.

**Actus libri Apoc' beati Iohannis ap'li**  
**E**cce ego Iohannes vidi alte-  
rum angelum ascendentem  
ab ortu solis habentem signum  
dei vultu. et clamabat uoce magna

quattuor angelis. quibus datum  
 est nocere terre. et mari. dicens. No-  
 lite nocere terre et mari. neq; arbo-  
 ribus. quoad usq; signemus seruos  
 dei nri in frontibus eoz. Et audiui  
 numerum signatorum centum q̄  
 draginta quattuor milia signati.  
 Ex omni tribu Israel. ex tribu Juda filioru  
 duodecim milia signati. Ex tribu  
 ruben duodecim milia signati. ex  
 tribu gad duodecim milia signati.  
 Ex tribu aser duodecim milia signa-  
 ti. ex tribu neptalim duodecim mi-  
 lia signati. ex tribu manasse duo-  
 decim milia signati. Ex tribu Sime-  
 on duodecim milia signati. Ex tribu  
 leui duodecim milia signati. Ex tribu

ysachar duodecim milia signati. ex  
tribu **S**abulon duodecim milia si-  
gnati. **E**x tribu **J**oseph duodecim  
milia signati. **E**x tribu beniamin  
duodecim milia signati. **P**ost hec  
vidi urbem magnam. quam diu-  
merare nemo poterat ex omnibus  
gentibus et tribubus. et populis  
et linguis stantes ante thronum.  
et in conspectu agni amicti stolis  
albis et palme in manibus eorum.  
et clamabant uoce magna. **D**icen-  
tes. **S**alus deo nostro qui sedet su-  
per thronum. et agno. et omnes an-  
geli stabant in arcuatu throni et se-  
morum. et quattuor animalium.



eius. Et aperientes os suum. doce-  
 bat eos dicens. **Beati** Pauperes spū.  
**Quoniam** ipsorum est regnum celorum. **Beati**  
 mites. quoniam ipsi possidebunt  
 terram. **Beati** qui lugent. quoniam  
 ipsi consolabuntur. **Beati** qui esuriunt  
 et sitiunt iusticiam. quoniam ipsi sa-  
 turabuntur. **Beati** misericordes. quo-  
 niam ipsi misericordiam consequen-  
 tur. **Beati** mundo corde. quoniam ipsi  
 deum videbunt. **Beati** pacifici. quom-  
 am filij dei uocabuntur. **Beati** qui  
 persecutionem patiuntur propter iusti-  
 ciam. quoniam ipsorum est regnum  
 celorum. **Beati** estis cum maledixe-  
 rint uobis homines. et persecuti uos

fuerint. et dixerint omne malum  
aduersum uos. mentientes ppter me.

**G**audete in illa die et exultate. qm̄  
merces uestra copiosa ē in celis. **Ore**  
do in vnum deum. **P**atrem. **O**ffere

**M**irabilis deus in sanctis suis. de  
Israel ip̄e dabit virtutem et fortitu  
dinem plebis sue. benedictus deus.

**S**anctus et **A**gnus dei qui tol:  
**G**audete iusti in dño alla. **S**an.  
rectos decet collaudatio all. **D**ro

**Q**uesumus dñe fidelibus vo  
pulis omnium sanctorum se  
per veneratione letari. et eorum  
p̄petua supplicatione muniri. per  
dominum **B**enedicamus domino

Die Jouis.

Deo gratias **In die Jouis ad mat.**

**Q**uoniam Omne labia mea. deus in ad.  
utorium meum me **hinnu**  
**C**orporis misterium pange glori  
osi. atq; christi sanguinis lingua  
preciosi. **Q**ui in mundi peccatum ue  
tris generosi fructus. damnatum de  
mons fuit venenosi. **ver.** Caro mea  
vere est cibus. et sanguis meus uere  
est potus. qui manducat meam car  
nem. et bibit meum sanguinem in  
me manet et ego in eo dicit dñs. **ver.**  
**D**ñe exaudi orationem meam et clam.  
**D**eus qui nobis sub sacramento  
mirabili passionis tue memo  
riam reliquisti. tribue quesumus

<sup>11 nos</sup>  
 ita corporis et sanguinis tui sacra-  
 menteria venerari. ut tue redemptio-  
 nis fructum in nobis iugiter sentia-  
 mus. qui vivis. domine exaudi ora.  
 Benedicamus. Amme omnium. vi-  
 ni. Ave maria. **Ad verman**

**Q**uis in adiutorium **hymnus**  
**Q**uam cum discipulis affectu-  
 ans cenare. exemplis sermo-  
 nibus ipos informare. Panem in  
 substantiam carnis transforma-  
 re. Vinum in essentiam sanguinis  
 mutare **versi. et ora. nrs. Ad tercia**

**D**eus in adiutorio: **hymnus**  
**R**egit panem dixitq; hoc e cor-  
 pus meum. **Salicem accipiens**

benedixit eum:  
et ipsum accipite dixit ecce deū.  
Qui indignè sumpserit sentiat  
se reum. **Ad Sextam**

Ver- sus et ora-  
tion: ut supra

Deus in adiutorium meum in-  
tende. Domine ad adiu. **hymn**

**Q**ui quicumque panem hunc  
dente manducabit. aut  
quicumque calicem sanguinis  
potabit. Mortem dei filij hic an-  
nuntiabit. et monstrabit firmi-  
ter. nec non remeabit. **v. et orō utis**

Deus in adiutorium **Ad Nonam**

**Q**ui indignè sum. **hymnus**  
pserit. Factus erit reus cor-  
poris et sanguinis. quem effudit  
deus. Dilatus aperit ipi? **Judeus.**

dum Eloy clamanut. hoc est deus me9

**V. et orō ut s. Ad Vesperas**

Deus in adiutorium meū **hymn9**

**Q**uod Verbum caro factum est pams  
gloriosus. Vnum christi factū  
est sanguis preciosus. Ex hys cibis  
potus ē non contagiosus sic mandu-  
cat seruius et morosus **V. et orō ut s.**

**Ad completo. Conuertere nos hymn9**

**A**iuscitis fidelibus ita manducatur  
sed ob maliquo nunqm lacera-  
tur. Totus in particula confracta  
moratur. aliena specie deus occulta  
tur **V. et orō ut supra. Conclusio**

**Q**uod As horas sic recolo pia ratione  
tibi corpus domini in confessioe

contritus et penitens satisfactione  
valeam te sumere cum deuotione. A.

**Q**uod cibauit eos ex adipe **admissa**  
frumenti alleluia **introitus**  
et de petra melle saturauit eos al  
leluia alla alleluia **Ps Exultate**  
deo adiutori nostro iubilate deo sa  
cob **Gloria patri. Cibauit. k. x. k.**  
**Gloria in excelsis Oratio.**

**Q**uis qui nobis sub sacramen  
to mirabili passionis tue  
memoriam reliquisti tribue que  
sumus. ita nos corporis et sanguinis  
tui sacra ministeria uenerari. ut re  
demptionis fructum in nobis iugiter  
sentiamus. **Qui uiuis et regis.**

Lectio Epistole Beati Pauli  
Apostoli ad Corinthios

**R**atres. ego enim accepi a do-  
mino quod et tradidi uobis.

Quoniam dñs n̄r Iesus. in qua noc-  
te tradebatur accepit panem et gra-  
tias agens fregit et dixit Accipite  
et manducate. hoc est corpus meum.  
quod pro uobis tradetur. hoc facite  
in meam cōmemorationem. Simili-  
ter et calicem postquam cenauit di-  
cens. hic calyx nouum testamentum  
ē in meo sanguine. hoc facite quoties-  
tuncq̄ sumitis in meam cōmemorati-  
onem. Quotiescunq̄ enim mandu-  
caueritis panem hunc et calicem

42  
bibetis mortem domini annuntia-  
bitis donec ueniat. **Ita** quis qui-  
cunq; manducauerit panem hunc et  
biberit calicem domini indigne reus  
erit corporis et sanguinis domini. **probet**  
autem seipsum homo. et sic de pane  
isto edat et de calice bibat. **Qui** enim  
manducat et bibit indigne. iudicat  
sibi manducat et bibit. non di-  
iudicans corpus domini. **Sicut** oculi  
omnium in te sperant domine. et tu das  
illis escam in tempore oportuno. **V**  
**A**peris tu manum tuam. et implet  
omne animal benedictione. **Alleluia**  
**Ver**o caro mea uere est cibus et san-  
guis meus uere est potus. qui man-

**D**ucat meam carnem et bibit meum  
sanguinem in me manet et ego in  
eo **Secundum Iohannem**

**I**n illo tempore. dixit iesus discipu-  
lis suis et turbis Iudeorum. Caro  
mea vere est cibus. et sanguis me-  
us vere est potus. Qui manducat  
meam carnem. et bibit meum san-  
guinem in me manet. et ego in eo.

**S**icut misit me uiuens pater. et e-  
go uiuo ppter vram. Et qui man-  
ducat me. ipse uiuit ppter me. **hic**  
est panis. qui de celo descendit. **no**  
sicut manducauerunt patres vri  
inania. **E**t mortui sunt. Qui ma-  
ducat hunc panem uiuet in eternu

04

**C**redo in vnum deum **Offert.** Sa-  
cerdotes dei incensum dñi et panes  
offerunt deo. et ideo sancti erunt  
deo suo. et non polluent nomen e⁹  
**Alleluia. Sanctus. Agnus dei.**  
**Com.** Quotienscumq; manducabi-  
tis panem hunc. et calicem biberi-  
tis mortem dñi annuntiabitis donec  
ueniat Itaq; quicumq; mandu-  
cauerit panem. uel biberit calicem  
dñi indigne reus erit corporis et  
sanguinis dñi **Alleluia. Oratio.**  
**A**c nos quesumus dñe diuin-  
tatis tue sempiterna fructione re-  
pleri. quam vñosi corporis et san-  
guinis tui temporalis perceptio

*Die Veneris. 7. hora. 47.*

prefiguratur. Cui viuis. Benedica  
mus dño. Deo gracias **I**n die Ve  
neris de sancta **C**ruce. **A**d Mat

**D**omine labia mea aperies. et  
os meum annuntiabit. **D**eus in  
cauditorum meum intende. **hymn**

**Q**uærens sapientia ueritas di  
uina. deus homo captus est.  
hora matutina. **A**notis et discipu  
lis cito derelictus. **J**udeis e uendit  
traditus et affluctus. **A**doram  
te chrisce et benedicimus tibi. qz  
per crucem tuam redemisti mun  
dum.

**Oratio**

**D**omine iesu chrisce fili dei vi  
ui. pone passionem. crucē et

*fol. 14. et i  
am*

*fol. 84. Habet Mater solersa.*

*Esu perceptio que nobis  
est. Cuiusmodi  
et s. dei inchoatio*

et mortem tuam inter iudicium  
tuum et animam meam nunc  
et in hora mortis mee. et largiri  
digneris viuis misericordiam et  
graciam. defunctis requiem et  
ueniam. Ecclesie tue sancte paci  
et concordiam. et nobis miseris  
peccatoribus vitam et gloriam  
sempiternam. qui viuis et regis.  
Benedicamus dno *Ad prima hynus*

**I**n ora prima ductus est Jesus  
ad pilatum. falsis testimonij  
multum accusatum in collump  
cutiunt manibus ligatum. vul  
tum dei conspuunt lumen celi  
gratum *et orō ut s. Ad iij. hynus*

**O**rua fuge clamant hora  
terciarum Illusus induitur 3.  
veste purpurarum. Caput eius  
vungitur corona spinarum. cru-  
cem portat humeris ad locum ve-  
narum *v. et orō ut s. Ad vs. hymn*

**H**ora sexta Jesus est cruci con-  
clauatus. et est cum latro 7.  
mbus vendens deputatus. pre co-  
mentis sitiens felle saturatus. A-  
gnus crimendiluit. sic ludificat  
*Dez. et orō ut s. Ad Nonam hymn*

**H**ora nona dñs Jesus expira 5.  
uit. hely clamans animam  
patet comendauit. latus eius lan-  
cea miles perforauit. terra tunc

contremuit. et sol obscuravit.

**V. et orō ut s̄. Ad vesperas hymn⁹**

**6** **D**e cruce deponitur hora vesp  
tima. fortitudo latuit in men  
te diuina. calem mortem subyt  
uite medicina. heu corona glorie

iacuit sup̄ma **V. et orō ut s̄. Ad**

**7** **Q**nuerte nos deus **Completo.**

salutaris n̄r. **I**n Ora completo

ry datur sepulture corpus ch̄ri

nobile spes uite future. **C**ondit⁹

aromate complentur scripture

Jugis sit memorie mors hec inhi

cure **V. et orō ut s̄. Recommen dato**

**I**n As horas canonicas cum de  
uotione tibi ch̄riste recolo

Veneris. 7. hora. 49

via ratione. Ut tu qui pro me pas-  
sus es. penas in agone sic labori co-  
sonans. consors sim. corone. Amen.

**Ps** autem **Ad missam Introit?**

**G**loriari oportet in cruce dñi  
nri. Jesu chri. in quo est salus vita  
et resurrectio nra. per quem salua-  
ti et liberati sumus. **Deus** mise-  
reatur nri et benedicat nobis. illu-  
minet vultum suum super nos. et  
misereatur nri. **Gloria patri. et.**  
**Nos autem. R. x. l. Gloria in ex.**

*Ps. 3. vi.  
ce.*

**D**eus qui vngemti **Oratio**  
fili tui dñi nri Jesu chrisi. p-  
tioso sanguine viuifice crucis  
verillum sanctificare voluisti.

concede quesumus eos. qui eiusde  
sancte crucis gaudent honore. tu  
a quoq; vbiq; ptectione gaudere.

per dominum nrm iesum **Lectio**  
**Epistole beati pauli apostoli ad philippen.**

**F**ratres. Christus factus e  
p nobis obediens patri us  
q; ad mortem. mortem autem cru  
cis. ppter quod et deus illum exalta  
uit et donauit illi nomen. quod est  
super omne nomen. ut in nomine  
iesu omne genu flectatur. celestiu  
terrestrium et infernoy. et omnis  
lingua confiteatur. q; dominus  
iesus christus in gloria e dei pris  
**Et** Christus factus e p nobis ob

ediens vsq; ad mortem. mortem at  
crucis. **Ver** Pter quod et deus exal-  
tauit illum. et dedit illi nomen qđ  
ē super omne nomen Alleluia.

Dulce lignum dulces clauos. dul-  
cia ferens pondera. que sola fuisse  
digna sustinere regem celorum et  
dominum **S<sup>m</sup> Mathem**

**I**n illo tempore. Ascendens ih̄s  
hierosolimam assumpsit duo-  
decim discipulos suos secum et ait  
illis Ecce ascendimus hierosoli-  
mam et filius hominis tradetur  
p̄ncipibus sacerdotum et scribis.  
et condemnabunt eum morte. et  
tradent eum gentibus ad deludēduz

die

+uisibili  
et inuisi  
bilium

fol. 84.

et flagellandum et crucifigendum.  
et tertia resurget. **C**redo in vnu  
deu **P**atrem. **P**rotege dne ple  
bem tuam per signum sancte cruce  
ab omnibus insidijs inimicorum  
omnium. ut tibi gratiam exhibeam  
seruitutem. et acceptabile tibi fiat  
sacrificium nrm **A**lleluia. **S**anctus.  
**S**anctus. **A**gnus dei. **C**om  
per lignum serui facti sumus. et p  
santam crucem liberati sumus. fru  
ctus arboris seduxit nos. filius dei  
redemit nos **a**lla **O**ratio  
**A**desto nobis dne deus nr. et qs  
sancte crucis letari fecisti h  
more. eius quoq; petrus defende sub

fidys per dñm nr̄m. **Benedicamus**  
 dño. deo gr̄cias. **In die Sabbati**  
**ad Matutinas** Domne labia me-  
 a aperies. et os meum annunciat  
 laudem tuam. **hymnus**

**Q**uis qui p̄ntum hominem  
 de limo creauit. et ad similitu-  
 dinem ppriam formauit. **Et** p̄elegit  
 uirginem. et sic obumbravit. uchu-  
 manam ppriam redimeret que  
 uertauit **ver** post partum uirgo  
 inuolata permansit. dei genitrix  
 intercede p̄ nobis **v̄** Dñe exaudi.

**Q**uis sempiternus deus **oratio**  
 qui beate et gloriose uirginis  
 marie corpus et animam ut dignū

fily tui habitaculum effici merere  
tur spiritu sancto cooperante. pre  
parasti. da ut eius comemoracione  
lectamur. eius pia intercessione. ab  
instantibus malis. et a morte peni  
a liberemur. et ad gaudia eterna pe  
ducamur per domm **V** Dne exaudi  
orationem. Benedicamus dno. deo q  
cias. **Ad primam hymnus**

**D**us deus in hoc crimine vati  
volens ordinauit. quod sicut  
mors in hominem per mulierem  
intrauit. sic per merita femine vi  
tam restaurauit de dauid regis se  
mne. quam Joachim genuerunt  
**V et oro utis Ad terciam hynnus**

**O** mulierum numero hec so-  
 la sanctificata fuit in matris  
 utero semper virgo seruata. In euo  
 quozq; tenero templo fuit p̄sentata  
 castitatem deo uero uouit sponte de-  
 dicata. *v. et oro ut s̄. Ad sextam. h̄m?*

**O** causa sue mundicie necno  
 sanctitatis carnem nr̄e mise-  
 rie sumpsit et h̄uamitatis. Repetit  
 regem glorie. nil h̄ns anxietatis.  
 manenteq; pudicicia flore virgi-  
 nitatis. *v. et oro ut s̄. Ad nonam h̄m?*

**O** h̄m sius vberibus virginali  
 lacte paut. et in pannis vilib;  
 inuolutum comportauit. Libisq;  
 melioribus. quos habuit hunc aba-

uit. donec a puerilibus annis om-  
nino ingravit **Vt orō utis Ad**  
**Et** post christi **vs. hymnus**  
passionem. quā sens vidit  
maria et eius ascensionem vsqz  
regna celestia Templi petre man-  
sionem. sicut pius virgo via repa-  
rans orationem donec sicut vite  
via **V. et orō utis. Ad Completo<sup>m</sup>**  
**Conuertere nos saluta. hymnus**  
**I**nobis conuenerunt om̄s  
eius discipuli iam seuelier̄.  
et post tres dies singuli Corpus  
sepulchro querunt nil inuenerūt  
seduli. illud assumptum asserunt  
in celum om̄s creduli

**H**ec oratio uis. **R**ecommendatio

**D**e matris in honore has horas  
 chrisite dicimus corde deuotis  
 et ore Mariam quoq; petimus. ut  
 nos mundet a fetore peccatorum q̄  
 fecimus precum suarum feruore.  
 ut in celo tecum simus Amen

**S**alue **A**d missam introitus  
 Sancta parens. emira puer  
 pera regem. qui celum terramq; re  
 git in secula seculorum **P**s. Ven  
 tiant omnes tuum iuuamen. qui  
 cunq; celebrant tuam commemora  
 tionem **G**loria patri **S**alue.  
 f. x. f. **G**loria in excelsis deo. **E**t  
 in terra pax hominibus bone volu.

Misra. 214. fol. et 49.

tatis. laudamus te. Benedicimus  
te. Adoramus te. Glorificamus te.  
Gracias agimus tibi ppter magnā  
gloriam tuam. dñe deus rex celestis  
deus pater omnipotens Dñe fili vni  
genite iesu chrisce. Spiritus et al  
me orphanorum paraclite. Dñe de  
us agnus dei filius patris **Primo**  
genitus **M**arie virginis **M**atris.  
**Q**ui tollis p̄ta mundi miserere  
nobis. **Q**ui tollis peccata mundi  
suscipe deprecationem nostram. ad  
marie gloriam. **Q**ui sedes ad dex  
teram patris miserere nobis. Pro  
marie meritis. **Q**uomam tu solus  
sanctus. **M**ariam sanctificans. tu

solus dñs.  
solus altiss  
Iesu chrisce.  
na dei patre  
**C**onced  
sumu  
a corporis s  
sa beate m  
issione a pr  
e eterna pe  
rosam jeso  
**L**ectio  
Simer  
ta sum  
teram no  
tione san

solus dñs. Mariam gubernans. tu  
 solus altissimus. Mariam coronans  
 Jesu christe. Tum sancto spiritu in glo-  
 ria dei patris amen **Oratio** // et famulas

**C**oncede nos famulos tuos, que  
 sumus dñe deus ppetua mentis  
 et corporis sanitate gaudere. et glori-  
 osa beate marie semper vrginis int-  
 cessione a presenti liberari tristitia.  
 et eterna perfrui leticia. per dñm  
 nostrum Jesum chm. **Epistola**

**L**ectio libri sapientie  
**A**d initio et ante secula crea-  
 ta sum. et usq; ad futurum  
 seculum non desinam. et in habi-  
 tatione sancta coram ipso ministravi

et sic in sion firmata sum. et in  
ciuitate sanctificata similiter re  
queui. et in hierusalem potestas  
mea. et radicaui in populo hono  
rificato. et in partes dei mei here  
ditas illis. et in plenitudine sanc  
torum delectatio mea **Gra** Bene  
dicta et uenerabilis es virgo ma  
ria. que sine tactu pudoris. muen  
ta es mater saluatoris **Ver.** Vir  
go dei genitrix. quem totus non ca  
pit orbis in tua se clausit uiscera  
factus homo **Alleluia** **Virgo**  
**fesse** floruit. virgo deum et ho  
minem genuit. pacem deus reddidit  
in se reconcilians ima summis.  
alleluia.

<sup>1228/</sup>  
S: Anna 185 fol. missa: 176. S: Job. 56.  
S: Joseph 178. magnificat. 133.

**I**n illo tempore **Secundū lucam**  
loquente iesu ad turbas, extollens  
uocem quedam mulier de turbadi-  
xit illi. **B**eatus uenter qui te porta-  
uit. et ubera que suristi. **A**t ille di-  
xit **Rumymo**. beati qui audiunt  
uerbum dei. et custodiunt illud. deo  
gracias **Offert**. **F**elix namq; es sa-  
cra uirgo maria. et omni laude di-  
gnissima. quia ex te ortus ē sol iu-  
sticie chustus deus noscer. **A**nc-  
tus. **A**gnus. **Com**. **V**eatu visce-  
ra **M**arie uirginis que portauit  
frunt eterm patris filium allelu-  
ia **P**remus **O**ratio

**G**raciam tuam quesumus dne  
De S: Juliano. 179

fol. 91. con. Sub Expositione fol. 201

mentibus nr̄is infunde. ut qui  
angelo nunciante, christi filij tui  
incarnationem cognouimus, per  
passionem eius et crucem ad resur-  
rectionis gloriam perducamur. p̄

**Q**uodomne precatio *Alia orō*  
ne. et beate marie semper  
virginis intercessione. ad presentē  
atq̄ perpetuam hec oblatio nobis  
p̄ficiat prosperitatem et pacem  
per dominum nostrum *Alia orō*

**O**mnipotens dñe salutis nr̄e pre-  
sidijs. da quesumus. beate ma-  
rie semper virginis patrocinis  
nos ubiq̄ proteḡ. in cuius uenera-  
tione hec tue obtulimus maiestati.

*Dominū nostrū Iesū Christum*

fol. 70 204

Missa. Quatuor Evan.<sup>57.</sup>

**Sequitur quatuor Quangelia**  
**Inncii s. euangely s<sup>m</sup> Johanne Primū**

**I**n principio erat uerbum. et uerbu  
erat apud deum. et deus erat uerbum.  
hoc erat in principio apud deum. **Q**uia  
per ipm facta sunt. et sine ipso factum  
est nichil. **Q**uod factum est in ipso. uita  
erat. et uita erat lux hominum. et lux  
in tenebris lucet. et tenebre eam non  
comphenderunt. **F**uit homo missus a  
deo cui nomen erat **J**ohannes. hic  
uenit in testimoniu. ut testimoniu  
perhiberet de lumine. ut omnes cre  
derent per illum. **N**on erat ille lux.  
sed ut testimonium perhiberet de lu  
mine. **E**rat lux uera. que illumi

nat omnem hominem uementem  
in hunc mundum. In mundo erat.  
et mundus per ipsum factus est.  
et mundus eum non cognouit. in  
propria uent. et sui eum non rece-  
perunt. Quotquot autem recepe-  
runt eum, dedit eis potestatem fi-  
lios dei fieri his qui credunt in  
nomine eius. qui non ex sanguini-  
bus. neque ex uoluntate carnis.  
neque ex uoluntate uiri. sed ex deo  
nati sunt. et uerbum caro factum  
est. et habitabit in nobis. Et uidi-  
mus gloriam eius. gloriam quasi  
umgenti a patre. plenum gratie  
et ueritatis. Deo gratias

**S**equencia sancti Euangely se-  
 cundum lucam.  
 In illo tempore cundum lucam.  
 Misus est angelus gabriel a deo  
 in ciuitatem galilee. cui nome Na-  
 zareth. ad uirginem desposatam vi-  
 ro. cui nomen erat Joseph de domo  
 dauid. et nomen uirginis Maria.  
 Et ingressus angelus ad eam dixit.  
 Ave gratia plena dñs tecum. bene-  
 dicta tu in mulieribus. **Q**ue cum  
 audisset. turbata est in sermone eius.  
 et cogitabat. qualis esset ista salu-  
 tatio. et ait angelus ei. **N**e timeas  
 Maria. muensis enim gratiam  
 apud dominum. Ecce concipies in  
 utero. et paries filium. et uocabis

iacob

nomen eius **J**esum. hic erit magnus  
et filius altissimi uocabitur. Et da  
bit illi dñs deus sedem dauid patris  
eius. et regnabit in domo in eternū.  
et regni eius non erit finis. Dixit  
autem maria ad angelum. Quo  
modo fiet istud. quomam uirum  
non cognosco. Et respondens ange  
lus dixit ei. **S**pūs sanctus supueni  
et in te. et uirtus altissimi obum  
brabit tibi. **I**deoque et quod nasceretur  
ex te sanctum. uocabitur filius dei.  
**E**t ecce elisabet cognata tua. et uir  
concepit filium in senectute sua.  
et hic mensis est sextus illi que  
uocatur sterilis. q̄ non erit in

possibile apud deum omne uerbu.

Dixit autem maria. Ecce ancilla  
dñi fiat mihi secundum uerbum

tiuum **Sequentia sancti Euange-**  
**ly secundum Mattheum**

tertiu.

**I**n illo tempore. Cum natus  
esset Jesus in Bethleem Jude.  
in diebus regis herodis. Ecce magi  
ab oriente uenerunt hierosolimam  
dicentes. Vbi est qui natus e rex  
Judeorum. Vidimus enim stellam  
eius in oriente. et uenimus adora-  
re eum. Audiens autem herodes  
Rex turbatus est. et omnis hiero-  
solima cum illo. Et congregans om-  
nes principes sacerdotum et scribas

scilicet **C**itabatur ab eis ubi christus na  
sceretur. **A**t illi dixerunt ei. in Beth  
leem **J**ude. sic enim scriptum est y  
**Esaiā** prophetam. **E**t tu Bethleem Juda terra  
**Cap: 12.** nequaquam minima es in principibus  
Juda. **E**t ecce enim eriet dux. qui  
regat populum meum **I**srahel. **T**unc herodes  
clam vocatis magis diligent  
didicit ab eis tempus stelle. que  
apparuit eis. et mittens eos in beth  
leem dixit. **I**te et interrogate dilige  
ter de puero. et cum inueneritis nu  
tiate michi. ut et ego ueniens ado  
rem eum. **Q**ui cum audissent re  
gem. abierunt. **E**t ecce stellam quam  
viderant in oriente. antecedebat

eos. usq; dum ueniens scabat supra  
 ubi erat puer. **V**identes autem stellā  
 gauisi sunt gaudio magno ualde. et  
 intrantes domum. inuenerunt pue-  
 rum cum **M**aria matre eius. et pro-  
 cedentes adorauerunt eum. **E**t aper-  
 tis thesauris suis obtulerunt ei mu-  
 nera **J**urum thus et **H**irzā. et respō-  
 so accepto in somnis ne redirent ad he-  
 rodem per aliam viam reuersi sunt  
 in regionem suam. **D**eo gratias.

**Sequencia sancti Euangely. secundum**

**I**n illo tempore **dum Marcum** quart.  
**R**ecumbentibus undecim disci-  
 pulis apparuit illis dñs **J**esus. et ex-  
 probrauit incredulitatem illorum

et duriciam cordis. quia hys. qui viderant eum resurrexisse. non crediderunt.  
**E**t dixit eis. **V**identes in mundum universum predicare euangelium omnium creature. **Q**ui crediderit et baptisatus fuerit. saluus erit. **Q**ui vero non crediderit. condemnabitur. **S**igna autem eos qui crediderint hec sequentur. **I**n nomine meo demonia eycent. lingis loquentur nouis. serpentes tollent. et si mortiferum quid biberint non eis nocebit. **S**uper egros manus imponent et bene habebunt. **E**t dominus qui deus iesus. postquam locutus est eis. assumptus est in celum. et sedet a dexteris dei. **I**lli autem perfecti predicave

trant ubique de  
sermonem co  
gnis. deo gra  
**P**rophetie  
**S**anctis  
edem de  
**S**equentia  
**B**ened  
sermon  
et crequa  
suntis ser  
na eadem  
trare. deus  
suis deitate  
non diu sum  
et sic vate

runt ubiq; domino cooperante. et  
sermonem confirmante sequentib<sup>9</sup>  
signis. deo gracias.

**S**equuntur  
Sequentie in festiuitatibus et  
de sanctis Dicende. ut infra p  
ordinem patet. Et primo sequit<sup>r</sup>  
Sequentia de sancta Trinitate

**B**enedicta semper sancta sit  
Trinitas. deitas. scilicet vni-  
tas. coequalis gloria. **P**ater. fili<sup>9</sup> et  
sanctus spūs. tria sunt noīa. om-  
nia eadem substantia. **D**eus ge-  
mitor. deus gemitus. in utroq; sac  
spūs. deitate socius. **N**on tres ta-  
men dū sunt. sed deus uerus vnus  
est. sic pater. dñs. filius. spiritusq;

sanctus. **P**roprietas in personis  
vntas ē: et in essentia **T**ri-  
tas par et potestas. decus honor  
eque per omnia. **S**idera ma-  
ria continens. arua simul et v-  
niuersa condita. **Q**uem tremunt  
impia tartara. colit quoq; quem et  
abissus. infima. **Q**uem laudant  
sol atq; luna. dignitas adorat an-  
gelica. **N**unc omnis uox atq; im-  
pua faceatur hunc laude debita.  
**E**t nos uoce p̄celsa omnes mo-  
dulemur organica cantica dulci  
melodia. **E**ya et eya nunc simul  
jubilemus altithrono dño laudes  
in exelsis. **O**veneranda trinitas

*f. et bella*

trinitas

11 O tremenda maiestas

62.

**O**adoranda unitas **P**er te sum<sup>9</sup>  
creati uera etermitas **P**er te sum<sup>9</sup>  
redempti summa tu charitas **P**o-  
pulum cunctum tu protege. salua.  
libera. eripe. <sup>descende</sup> **E**t emunda **D**e adora-  
mus omnipotens tibi canimus. tibi  
laus et gloria **P**er infinita secula  
seculorum Amen **S**equende s.

fol. 20  
Eliam  
204.

**S**ancti spiritus assit **S**piritu  
nobis gratia **Q**ue corda  
nostra sibi faciat habitaculum.  
**E**xpulsis inde cunctis vicijs spiri-  
tali bus **S**piritus alme illustrator  
hominum **H**orridas nostre men-  
tis purga tenebras **A**mmator san-  
cte sensorum semper cogita tuu

**I**nfunde unctionem tuam clemens  
nostris sensibus. **T**u purificator  
omnium flagitioꝝ spiritus. **P**u  
rifica nostri oculum interioris  
hominis. **U**t videri supremus ge  
nitor possit a nobis. **M**undi cordis  
quem soli cernere possunt oculi.

**Q**uando machinam per uerbum  
suum fecit deus celi et terre mari  
um. **Q**u super aquas futurus eas  
numen tuum expandisti spiritus.

**Q**u animas uiuificandis, aquas  
fecundas. **I**n aspirando das spi  
ritales esse homines. **T**u diuisu  
per linguas mundum. et ritus  
adunasti dñe. **I**dolatrias ad cul

tum dei reuocas inuocatorum op-  
time **E**rgo nos supplicantes tibi  
exaudi precibus sancte spūs. **S**ine  
quo preces omnes casse creduntur  
et indigne dei auribus.

**U** qui  
omnium seculorum sanctos tui num-  
mis docuisti instinctu amplectando  
spūs. **H**odie aplos christi donas  
munere insolito. et cunctis maudi-  
to seculis. **H**unc diem gloriosum  
fecisti.

*Sequens de omnibus sanctis Angelis*

**O**mnēs sancti seraphim, cheru-  
bin, thron, quoq; dominatio-  
nesq; principatus, potestates, virtu-  
tes, **A**rchangel, angeli, uos decet  
laus et honor. **V**rdines nouem

fol. 3.

spirituum beatorum. Quos in dei  
laudibus firmavit charitas. Nos  
fragiles homines firmate precibus  
Et spirituales prauitates vestro  
iuuamine vincentes fortiter. Nunc  
et in eum vestris sumus digni sole  
nys interesse sacris. Vos quos dei  
charitas vincere terrena. Et angel.  
socios fecit esse volo. Vos patriar  
che. pphete. apostoli. Confessores  
martires. Monachi. virgines. Et  
viduarum sanctarum. omniumque  
placendum plus supremo domi  
no. Nos adiutorium nunc et per  
hemiter foueat. protegat ut ue  
strum. in die possimus gaudiorum

*A Euange  
lista*

associaria festum Corpor: Glis: 64

<sup>amen</sup>  
Questroium **De corpore Christi**

**L**auda syon saluatorem. lau-  
da ducem et pastorem in hym-  
nis et canticis. **Q**uantum

potes tantum aude quia maior om-  
ni laude. nec laudare sufficis. lau-  
dis thema specialis pams viuus et  
vitalis hodie promitur. **Q**uem in  
sacre mensa cene. turbe fratrum  
duodene datum non ambigitur. **S**it  
laus plena. sit sonora. sit iocunda.  
sit decora mentis iubilatio. **D**ies  
emim solemnus agitur. in qua me-  
se prima recolitur huius institutio.

**I**n hac mensa noui regis nouum  
pasca noue legis. phase uetus ter-

minat. **V**etustatem nouitas. um-  
bram fugat ueritas. noctem lux eli-  
minat. **Q**uod in cena chrs gessit  
faciendum hoc expres sic in sui me-  
moriā. **D**octi sacris institutis  
panem uinum in salutis consecra-  
mus hostiam. **D**ogma datur chri-  
stians. quod in carnem transiit  
panis. et uinum in sanguinem.  
**Q**uod non sapis. quod non uides  
animosa firmat fides p̄ter rerum  
ordinem. **S**ub diuersis speciebus  
signis tantum et non rebus latent  
res exime. **L**aro abus sanguis  
potus manet tamen christus totus  
sub utraq; specie. **N** si ueniente nō

concisus. non confractus nec diuiso  
integer accipitur. **S**umit vnus. su-  
munt mille. quantum isti. tantum  
ille. nec sumptus consumitur. **S**u-  
munt boni. sumunt mali. sorte tamen  
inequali vice uel interitus. **M**ors ē  
malis. vita bonis. vide paris sumpti-  
onis. quam sic dispar exitus. **F**racto  
demum sacramento. ne vacalles sed  
memento. tantum esse sub fragmen-  
to. quantum toto tegitur. **N**ulla rei  
fit scissura. signi tantum fit fractu-  
ra. qua nec scitus nec scatura signa-  
ti minuitur. **H**ae pams angelorum  
factus tibus diatorum. vere pams fi-  
liorum non mittendus cambus. **I**n

20  
figuris p̄signatur. cum Isaac immola-  
tur agnus pasce deputatur datur  
mamma patribus. Tunc pastor. p̄mo  
uere. **I**esu nr̄i miserere. tu nos pasce. nos  
tuere. tu nos bona fac uideri inter  
ra uiuentium. **T**u qui cuncta scis  
et uales. qui nos pascis hic mortales  
tu nos ibi cōmensales coheredes et  
sodales fac sanctorum tuorum

**Sequitur sequencie de sanctis. Et**  
**primo De Assumptione b̄e Marie v̄**

**C**ongaudent angelorum cho-  
ri gloriose virginis **Q**ue sine  
uirili cōmixtione genuit filium.  
qui suo mundum cruore medicat  
**N**am ip̄a letatur. quod celi iam

conspicatur ymagem. **I**n terris cui  
quondam sugendas virgo mam-  
las prebuit. **Q**uam celebris angel  
Maria iesu mater creditur. **Q**ui  
fily illius debitos se cognoscunt fa-  
malos. **Q**ua gloria in celis ista vir-  
go colitur. **Q**ue domino celi pbiut  
hospitium sui sanctissimi corporis.  
**Q**uam splendida polo stella maris  
rutilat. **Q**ue omnium lumen astro-  
rum et hominum atq; spirituum  
genuit. **T**e celi regina hec plebecu-  
la pvs concelebrat mentibus. **T**e  
cantu melodo super ethera vna cu  
angelis eleuat. **T**e libri virgo conca-  
nunt pphetarum. chorus iubilat

75  
sacerdotum. apostoli chr̄iq; mar-  
tyres p̄dicant. Te plebes serus seq̄t  
uteriusq;. **V**itam diligens virgina-  
lem. celicolas in caesimoma emu-  
lans. **E**cclēsia ergo cuncta te cordi-  
bus. ceq; carminibus uenerans. **T**i-  
bi suam manifestat deuotionem p̄-  
catu te supplici implorans maria.

**U**t sibi auxilium circa dominum  
esse digneris per eum. **Alia seq̄t**

**A**lea virga **de Assumptione Ma-**  
prime matris eue. **F**lorens ro-  
sa processit maria. **D**icitur ut luci-  
fer inter astra etherea. p̄cepulchra  
ut luna. **F**lagra sc̄at ultra omnia bal-  
sama pigmenta et tymmiamata

purpurea ut viola. rosada ut rosa  
candens ut lilia. patris summi quā  
elegit proles deica. ut assumeret car  
nem sacrosanctam ex virginis car  
ne incorrupta. **C**elsus nunciat ga  
briel noua gaudia eterm regis ex  
ortum in terra. matremq; eius ita  
salutat. **A**ue maria domini mei  
mater alma celica plena gracia.  
**T**u benedicta regem in secula paries  
effecta orbis regina. **S**ecunda ergo  
inquit quomodo esse queam. cum  
virum non agnoscam ex quo sum  
nata. et semper permanens virgo  
pudica. **R**e timeas respondit ange  
lus sanctum pneuma descendet in

castam. quo secundata. paries de-  
um et hominem vna. **V**ere san-  
cta atq; amanda. ex qua est orta re-  
demptio nra. salus quoq; mundi ac  
rao; uita. **D**ei nostri genitrix. uir-  
susape nostra hac die. peccata in  
qua es assumpta. ad celi clausura.  
**T**u es pulchra dei sponsa. tu regem  
chr̄m emira. domina es in celo et in  
terra. **T**u es enim patri cara. tu es  
iesu mater bona. tu sancti spūs es  
templum facta. hodie namq; cu-  
rie celestis tibi obuia agmina. te  
assumpfere ad palacia scellata.  
**J**esus et ip̄e festinus tibi mater cum  
angelis occurrens sede paterna te

collocavit in secula. Jam cum deo regnas nostra excusa clemens mala possens cuncta bona o benigna. Meditatrix nostra. que es ad deum spes sola. tuo filio nos representa. Et in poli aula iubilemus leti alleluia. **Antiphona**

terus virgine. **De eadem.**

**T**hronus est eburneus regis salomonis. Thronus admirabilis dispar et similis vniuersis thronis. Salomō pacificus summū regis vnicus. hunc elegit thronum. **Virgo** thronus exatit. cui deus p̄stitit tam excellens donum. **Hec** est sedes gracie domus pudicitie sedes summū dei. **In** hac sede residet dominus qui p̄sidet vniuersę rei.

Sicut tellus maduit de celesti rore  
 sic uenter intumuit seruato pudore.  
**N**ec uellus corrumpitur imbre plu-  
 uiali. nec pudor amittatur in concu-  
 ptu tali. **H**ec est aromatica cella  
 creatoris. humilis et unica medela  
 languoris. **N**ardus odorifera effu-  
 dit odorem oliua. **F**ructifera uirga  
 ferens florem. hoc uas pigmenta-  
 rium regale ualatum domus est  
 cedrina. **A**ngelorum domina. be-  
 nedicta femina celorum regina. **V**-  
 sancta uirginitas nra nequit uar-  
 ietas digne te laudare. **C**ontines  
 in gremio quem nec celi regio potest  
 sustentare. **P**ulchrior sideribus et

me mulieribus cunctis benedicta.  
 Placa tuum filium et purga fidelium  
 omnium delicta. In te pluit in te fluit  
 deus suam gratiam. Ergo tue nobis  
 plue gratie clementiam. Ad beati  
 tui nati nos transfer presentiam.

Et cunctorum delictorum confer in-  
 dulgenciam *Alia de eadem*

**A**stra celi dum transcendendo. me  
 te pura sic perpendo. que sit  
 pax securam maria. Velum templi  
 clam desperi. pacis archam te consue  
 ri dulcis creatura maria. Vresle  
 tu. messis gratia. nrm genus et cog  
 nata disbenlatrix pacis maria.  
 Turbulentos consolavis. fluctus

sedas feri maris. cor tranquilluz  
 facis maria. **S**ya celi lumen cla  
 rum. ros dulcis. dans manna cha  
 rum celica inclina maria. **S**erui  
 tu fluctuamus vem vem suboli  
 camus. tempus e festina maria  
**Imperatrix ange** **Alia de eadem**  
 lorum. consolatrix oppresorum  
 audi nos o maria. **S**pes et salus  
 infirmoz. subleuamen depressoz  
 audi nos o maria. **T**ibi virgo de  
 cantantes tuas laudes conprecantes  
 audi nos o maria. **I**n sublimi sedes  
 trono. prepulsa precum sono audi  
 nos o maria. **Q**ue ut mater uene  
 raris. obtinendo quod precaris. audi

et an  
 cilla

nos, o maria. Preelecta sola soli. nos  
commenda tue proli. audi nos, o ma

fol. 133.

ria. Amen. **Alia de eadem.** gentium  
**A**ve preclara maris stella in lucē  
maria diuinitus orta. Fuge dei  
porta que non aperta ueritatis lumē  
ipsum solem iusticie indutum carne  
ductis in orbem. Virgo decus mundi  
regina celi preelecta ut sol. pulchra  
lunaris ut fulgur. agnosce omnes  
te diligentes. Te plenam fide vir  
gam alme stirpis iesse. nasciturā  
uiores desiderauerunt patres et  
phete. Te lignum uite sancto roza  
ti pneumate parituram diuin  
floris amygdalum signauit gabriel.

87  
111-20  
Tu agnum regem terre dominatore  
Moabitici de petra deserti ad mon-  
tem filie syon traduxisti. Tug fure-  
ten leuiathan, serpentem tortuosu-  
q; et uectem collidens, damno soci-  
mne mundum exermisti. Hinc ge-  
tium nos reliquie tue sub cultu  
memorie, mirummodum que es  
emra pitiationis agnum regnan-  
tem celo eternaliter, reuocamus  
ad aram mactandum misericorditer  
hinc mamma verum israelitis ue-  
ris ueri abrahe filys, ammirantib;  
quondam Moyse quod tipus figura-  
bat. Jam nunc abducto uelo datur  
verspici. Ora virgo nos illo pane

celi dignos effici. **F**ac fontem dul-  
cem quem in deserto petra p̄mon-  
strauit degustare cum sincera fide,  
renesq; conseruare lotos in mari, ag-  
nem eneam in cruce speculari. **F**ac  
igni sancto patrisq; uerbo, quod rubus  
ut flammam tu potasti uirgo mater fa-  
cta, pecuiali pelle, discinctos pede mun-  
dis labijs cordeq; pinguare. **H**odi nos,  
nam te filius nichil negans honorat  
**S**alua nos iesu, pro quibus uirgo  
mater te orat. **D**a fontem boni uise-  
re, da pure mentis oculos in te desige-  
re. **Q**uo hausto sapiencie saporem,  
uite ualeat mens intelligere. **C**hri-  
stianissimi fidem operibus redimere.

beatoy sine. ex huius incolatu secu  
li auctor ad te transire Amen **De**  
**Q**ueryms marie **ead. tpe Vasali**  
laudes inuent christiam. Eua  
tristis abstulit. sed maria prulit na  
tum qui redemit peccatores. **Ius et**  
virtus modulo conuenere mirando  
**Marie** filius regnat uiuus. **Pic no**  
**bis** **Mar**ia virgo clemens et pia. q  
modo mater sis facta adhuc manes  
intacta. **Angelus** est testis missus  
ad me celestis processit de me spes  
mea. sed incredula manet **Judea.**  
**Credendum** est magis gabrieli forti  
quam **Iudeorum** prauè cohorti. **Sci**  
mus christum processisse ex maria

vere. tu nobis nate rex miseré alla.

**De Apostolis petro et Paulo sequit̃**

**P**etre summe christi pastor. et  
 paulo gentium doctor. Ecce  
 sicut uestris doctrinis illuminata  
 per circulum terre precatus adiu  
 uet uester. Nam dñs petre celoru  
 tibi clauis dono dedit. **A**rmigeru  
 beniamin christus te scit suum.  
 vasq; electum. **M**are planta te ve  
 tre chris conculcare tue dedit cha  
 ritati. **U**mbra tuu corporis infir  
 mis. debilibusq; fecit medicinam.  
**S**ermologos philosophos te paulo  
 chris dat vincere sua uoce. **M**ultipli  
 ces victorias tu paulo chro per ipsos

folio 157.  
 et 158.  
 158.  
 De omnib;: p̃festo: et Euang:

acquisti. Postremo victis omnibus barbaris. ad arcem summi pergitis culminis. Germanos discordes subiugo christi pacatos iam contacturi. Ibi neronis feritas principis. Apostolorum plus plurimis victores. diuersè te petre et vaule addixerat vene mortis. Le ceux associat. te vero gladius crucentus mittit christo. **De sancto Nicolao**

**O**ngtaudentes exultemus uocali concordia. Ad beati Nicolai festiua sollemnia. Qui in cumis adhuc iacens seruando ieiunia. Ad papillas cepit summa promereri gaudia. Adolecens amplexat?

literarum studia. Alienus et immu-  
nis ab omni lasciuia. Felix confessor  
cuius fuit dignitatis uox de celis nu-  
cia. Verquam prouectus presulatus  
sublimatur ad summa fastigia. Erat  
in eius animo pietas eximia. et opus-  
sis impendebat multa beneficia. Au-  
ro per eum virginum tollitur infami-  
a atq; patris earundem leuatur in-  
opia. Quidam nauite nauigantes  
et contra fluctuum seuiam lacta-  
tes nauis pene dissoluta. Jam de uita  
desperantes. in tanto positi periculo  
clamantes uoce dicunt omnes vna.  
O beate nicolae nos ad maris por-  
tum. trahere de mortis angustia. Trahe

87  
nos ad portum maris tu qui cor au-  
xiliaris pietatis gracia. **D**um clama-  
rent nec in casum. ecce quidam dices  
assum ad uestra presidia. **S**tatim  
aura datur grata. et tempestas fit  
in viam salutis eterne. ut te donan  
te tibi placita sentiat. et tota vir  
tute perficiat. **Oratio**

**D**eus a quo sancta desideria  
directa consilia. et iusta sunt  
opera. da seruis tuis illam. quam  
mundus dare non potest. pacem. ut  
et corda nra mandatis tuis dedica  
et hostium sublata formidine. tem

pora sunt tua protectione tranquil-  
la. **Oratio** **Q**ue ignis sancti spiritus  
renes nostros et corda nostra domine. ut tibi  
casto corpore seruiamus et mundo  
corde placeamus. **Oratio**

**F**idelium deo omnium conditor  
et redemptor. animabus famu-  
lorum familiarumque tuarum re-  
missionem cunctorum tribue pec-  
catorum ut indulgentiam quam  
semper optauerunt tuis supplica-  
tionibus consequantur. **Oratio**

**A**ctiones nostras quesumus domine  
et aspirando veniem et adiu-  
uandos prosequere. ut cuncta nostra  
oratio et operatio a te semper in-

certa firmatur. *Oratio*

**O**mnipotens sempiternus deus,  
qui uiuorum dominaris, si-  
mul et mortuorum, omniumque im-  
piteris, quos tuos fide et opere futu-  
ros esse prenoscis, te supplices exo-  
ramus, ut pro quibus effundere pre-  
ces decreuimus, quosque uel presens,  
adhuc seculum in carne reuemet, uel  
futurum iam exutos corpore susce-  
pit pietatis tue clemencia, omnium  
delictorum suorum ueniam et  
gaudia consequi mereantur eter-  
na. Ver dominum nostrum Iesum  
christum filium tuum, qui tecum uiuit  
et regnat in unitate spiritus sancti de-

per omnia secula seculorum. Amē.  
Domine exaudi orationem meam.  
et clamor me⁹ ad te ueniat. Anime  
omnium fidelium defunctorum. per  
nam misericordiam dei. sine fine re-  
quiescant in pace Amen.

**H**abunt orationes de sanctis  
et primo de Apostolis et Euan-  
gelistis **¶** De sancto Johan-  
ne Baptista recurre fore dñi oro

**G**audet Johannes bap-  
tista. qui in maternali  
cista sanct⁹ extitit.  
Gaudet dei organista.  
qui non ut falsus sophista. chrim

ostendisti. Gaude celestis iurista  
qui ut summi regis legisca fieri me-  
ruisti. Gaude certus agonista. qui  
ut uer<sup>9</sup> euangelista cuncta reliq-  
sti. gaude sanitatis sacrista. qui  
super omnes via ista uiribus  
effulsisti. Tu nos a scelerib<sup>9</sup> solue  
iesu christe. uicursoris uicibus Jo-  
hannis baptiste **ver.** Ora pro nobis  
beate Johannes baptista. ut digni effi-  
ciamur p<sup>o</sup>missione ch<sup>o</sup>. **Oratio**  
**G**aude Johannes baptista **ti**  
christi p<sup>o</sup>cursor atq<sup>ue</sup> uice re-  
demptoris domini n<sup>o</sup>si iesu christi.  
Porrigere nobis manum misericordie  
in omnib<sup>9</sup> necessitatib<sup>9</sup> et angustijs

noſtris apud altiffimi Iudicis clemē  
 tiam. quatenus tuis meritis et inter  
 ceſſione liberati dignemur ab omni  
 tribulatione et anguſtia ac periculo  
 et a peccatorum tenebris nos eripias  
 et ad lucem celeſtis gaudii perducas.  
 per xpm̄ domnum nr̄m. Amen.

**N**ec natos mulierum **ante de eode**  
 non ſurrexit maior: Iohanne baptis  
 ta. qui viam dño paravit in heremo.  
**Verſuit** homo miſſus a deo. cui nome  
 erat Iohannes **Oratio**

**O**perpetuus nos queſumus dñe  
 ſancti Iohannis baptiſte tue  
 re meſidus. et quanto fragiliores ſu  
 mus. tantomagis neceſſarius attolle

foliō. 72. etiā 103

suffragus ver chm dominum nē m.  
**De s. petro apłorū vrmare ant**

**O**vetre beatissime apostolorum  
maxime in fide katholicā tua  
prece consolida. beatus vetrus avl̄s  
vidit sibi chm occurere adorans  
eum ait. dnē quo vadis? uemo Ro  
mam iterum crucifigi. **Tu es petrus**  
et super hanc petram edificabo ecclē  
siam meam. **Oramus Oratio**

**P**etrus qui beato petro apostolo  
tuo collatis clauibus regnū  
celestis ligandi atq; soluendi. pon  
tificium tradidisti. concede ut inter  
cessions eius auxilio a p̄torum  
nostrorum nexibus liberemur. **px̄m**

De sancto paulo aplo Antiphō

**O** paulo mundi lilium presta  
michi auxilium. spem firmā  
michi impetra inter mundi discer-  
mina. sancte paulo Apostole predi-  
cator ueritatis et doctor gentium  
intercede pro nobis. **De** Tu es uas  
electionis sancte paulo Apostole  
predicator ueritatis. **Orō**

**D**eus qui multitudinem genti-  
um beati pauli p̄dicatione  
docuisti. Da nobis quesumus. ut  
cuius natalicia colimus eius ap-  
te patrocinia sentiamus. per chri-

stum dominum nr̄m **De sancto an-**  
**th.** **A**ndreas christi fa- **drea anti.**

mulus dignus deo apostolus ger  
manus petri et in passione socius  
**Ver** dilexit andream dñs. in odore  
suavitatis. **Præmissa Oratio**

**A**ugetatem tuam dñe simpli  
ter exoramus. ut sicut ec  
clesie tue beatus Andreas Apo  
stolus tuus extitit pdicator et rector.  
ita apud te sit pro nobis pectius  
intercessor p̄ christum dominum. n.

**De sancto Iacobo Aplo antiph**

**O**lux et decus hispane sanc  
tissime Iacobe qui inter ap  
ostolos v̄imatum tenes v̄im  
eorum martyrio laureatus. **¶**  
singulare presidium. qui meruisti

uidere redemptorem nrm adhuc  
mortalem in deitate transforma-  
tum. exaudi preces seruorum tuo-  
rum. et intercede pro nra salute.

**Ver** Ora pro nobis beate Iacobe.  
ut digni efficiamur promissione  
christi. **Oremus Oratio**

**S**to nobis vltimi tux sanctifi-  
cator et custos. ut apostoli  
tui Iacobi munera presidys. et con-  
uersatione tibi vltateat et secura  
deseruat. **Ver** christi domini nrm

**De sancto Iohanne euange. ant**

**I**ohannes apostolus et euange-  
ta  
virgo est electus a dno atq; inter  
ceteros magis dilectus. **ver** palde

honorandus est beatus Johannes  
euangelista. Qui supra uetus do-  
minum in cena recubuit. *Oramus*

fol. 9. etiam

**E**ccliam tuam que *Oratio*  
sumus dñe benignus illustra  
ut beati Johannis apostoli et euan-  
geliste illuminata doctrinis ad do-  
na uerueniat sempiterna. per xpm  
*De. s. philippo et jacobo ap' ant'*

**I**n regeneratione cum sederit  
filius hominis in sede maie-  
statis sue. sedebitis et uos iudican-  
tes duodecim tribus israel. *Ver. In*  
omnem terram exiit sonus eorum.  
et in fines orbis terre uerba eorum  
**D**eus qui. *Oramus Oratio*

nos annua Apostolorum tuorum  
Philippi et Jacobi solemnitate leti-  
ficas. vestra quesum? ut quorum  
gaudemus meritis inscruiamur ex-  
emplis Ver chm dominum nrm.  
**De sancto Mattheo Aplo et eua. an**

**Q**ua sunt hec chre overa, qui  
sanctos tuos ita glorificas,  
ut etiam dignitatis gloria in eis  
futura preire miracula facias.  
tu insignes eu angelij predicatoros,  
animalium celestium amirabi-  
li figura resignasti. hys namq  
celeste manus collatum. glorio-  
sis iudicis es dignatus ostendere.  
hinc laus hinc gloria tibi resonet.

S. Bartolo:

in secula. **V** Vedisti hereditatem.  
timentibus nomen tuum domine  
premus **Oratio**

**S**ati mathei apostoli tui et  
euangeliste domine precibus  
adiueniunt. ut quod possibilitas nra  
non obtinet. eius nobis intercessione  
doneatur per christum dominum nostrum

**De S. Bartholomeo arch. antipho**

**S**ati eritis. cum nos oderint ho-  
mines. et cum separauerint  
nos. et exprobrauerint et eiecerint  
nomen uestrum tanquam malum  
propter filium hominis. gaudete et  
exultate. ecce enim merces uestra  
multa est in celis. **V** In omnem ter

ram exiit sonus eorum. et in fines  
orbis terre uerba eorum **D**renus

**Q**uoniam uenerandam san-  
ctamq; leticiam apostoli tui **B**ar-  
tholomei festiuitate tribuisti. da ce-  
desse tue quesumus. et amare quod  
credidit. et ueritate quod docuit uer-  
chim dominum nostrum.

**De sancto Thoma Apostolo an**

**Q**uoniam ad idine uerchim quem  
meruisti tangere. uetimus al-  
tissims. succurre nobis miseris. ne  
damnemur cum in uis in aduen-  
tu iudicis **Ver** In omnem terram  
exiit sonus eorum. et in fines orbis

terre uerba eorum oremus **Oratio**  
**O**ra nobis quesumus dñe bñ Petri  
tui thome solemnitatib⁹ gloria  
ri. ut eius semper et uatocimus sub  
leuemur. et fidem congrua deuotio  
ne sectemur uer chm̄ dominum nr̄m.

**De s. Simone et Iuda Apostolis.**

**I**sti sunt uiri sancti quos elegit  
dñs in charitate non ficta. et de  
dit illis gloriam sempiternam quo  
rum doctrina fulget ecclesia ut sol  
et luna **uer** In omnem terram exiuit  
sonus eorum et in fines orbis terre  
uerba eorum. **Oremus oratio.**

**O** Deus qui nos per beatos aplos  
tuos Symonem et Iudam

ad cognitionem tui nominis uenire tribuisti. da nobis eorum gloriam sempiternam. et verificando celebrare. et celebrando verificere. verbum dominum nrm **de S. Mathi.**

**N**os estis qui per **a Apostolo** mansistis mecum in tentationibus meis. et ego dispono uobis sicut disposuit mihi pater meus regnum. ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo. et sedetis super thronos iudicantes duodecim tribus **Israel.** In omnem terram exiit sonus eorum. et in fines orbis terre uerba eorum. **Itemus oratio.** Deus qui bñm

581  
Matthiam apostolorum tuorum colle  
gio sociasti tribue quesumus. ut eius  
interuentione tue curas nos pietatis  
semper uiscera sentiamus per chm

**D**e sancto Marco euā  
gelista anti  
quandem  
diligereis me  
gauderetis utiq; quia vado ad  
patrem. quia pater maior me est. **V**

In omnem terram exiit sonus eoz  
et in fines orbis terre uerba eorum. ore

**D**eus qui beatum **Unus. oro**  
Marcum euangelistam tuum

Euangelice ydications gratia  
sublimasti. tribue quesumus. eius  
nos semper. et eruditione proficere.  
et oratione defendi. per chm dom.

nostrum Amen **de sancto luca euā.**

**I**n medio et in circuitu **gelysta**  
 sedis dei quattuor animalia  
 senas alas habentia. oculis vndiq;  
 plena. non cessant nocte ac die dice  
 re sanctus Sanctus Sanctus dñs  
 deus omnipotens qui erat et qui ē  
 et qui ventur⁹ est. **ver.** In omnem ter  
 ram erunt sonus eorum. et in fines  
 orbis terre uerba eorum. **Oramus**

**R.** **Adueniat vno nobis dñe orō**  
**I** sanctus lucas **Euangelista**  
 qui cunctis mortificationem iugiter  
 in suo corpore pro tui nominis ho  
 nore portauit per christum dominum  
 nostrum Amen

## De sanctis petro et paulo apostol'

**G**loriosi principes terre, quomodo in vita sua dilexerunt se  
Ita et in morte non sunt separati.

**R**onstitues eos principes super  
omnem terram. Memores erunt  
nomine tui domine. **Premus orō**

**D**us cuius dextra beatum  
petrum apostolum,ambu  
lantem in fluctibus, ne mergeret  
erexit, et coapostolum eius paulu  
tertio naufragantem de profundo  
pelagi liberavit, exaudi nos, miti  
et concede, ut amborum meritis  
etermitatis gloriam consequamur  
per christum dominum nostrum.

**De Apostol' in g'mmū** **G**loriosi apo-  
stoli. colonne ecclesie ueritatis. p'eco-  
nes. lampades fulgentes. nos igne  
spūs sancti. fugatis errorum tenebris.  
mundum illuminastis. intercedite  
pro nobis ad dominum. **ve** su omne  
terram exiuit sonus eorum. et in fi-  
nes orbis terre uerba eorum. **oro**

**G**audi nos deus salutaris n'r.  
et ap'olorum tuorum omnium  
nos tuere presidys. quorum dona  
sti fideles esse doctrimis. uer' ch'ri m

**De innocētib' Anaphona**

**I**nnoctentes pro ch'ro infantes *herode*  
occisi sunt ab iniquo rege. *ha*  
tentes interfecit sunt. *u'm sequit'*

agnum sine macula .et dicunt sem  
per gloria tibi dñe **Ver** Ex ore in  
fantium et lactentium perfecta  
laudem ppter inimicos tuos. ut de  
seruas inimicum et ultorem. **Dre**

**Q**uis cuius **Unus Dicitio**  
presonum innocentes Mar  
tyres non loquendo. sed moriendo  
confessi sunt. omnia in nobis vitio  
rum mala mortifica. ut fidem tuam  
quam lingua nra loquitur etiam  
morib? vita fateatur. **ver** chin do  
minum nrm. **Sequitur de Marcy.**

**H**istorum est regnū **ribus ant**  
celorum. qui contempserunt  
vitam mundi. et venenerunt ad

pinia regni. et lauerunt stolas suas  
in sanguine agni. **Ver** Gloriosus  
deus in sanctis suis. Mirabilis in  
maiestate sua. **Oramus Oratio**

**O**mnipotens sempiternus deus  
da nobis sanctorum marty-  
rum tuorum ita merita uenerari.  
quatenus ab instantibus libere-  
mur uentibus. ut digni efficiamur  
gaudis sempiternis. **Ver** Christum domi-  
num nostrum **D. S. Steffano prothomir**

**S**teffanus uidit celos avertos.  
uidit et inuouit beatus ho-  
mo cui celi uatebant **Ver** Gloria et  
honore coronasti eum dñe. et consti-  
tasti eum super opera manuum tuarum

**D**a nobis q̄s. **Oramus. Oratio**  
 domine imitari quod colimus.  
 ut discamus. et inimicos nostros dili-  
 gere quia eius memoriam celebra-  
 mus. qui nouit etiam pro reseratori-  
 bus exorare. per christum dominum no-

**Q**uam mira **de s. Sebastiano**  
 resulsit gratia **Sebastianus**  
 Martir dei iudicis. qui militis por-  
 tans insignia. sed de fratrum val-  
 ma sollicitus confortauit corda val-  
 lencia. uerbo celi collato celius  
**Oratio** pro nobis beate pater **Sebas-**  
 tiane. ut digni efficiamur pestem  
 epidimie illesi transire. promissio  
 neq̄ christi. **Oramus. Oratio**

**D**eus qui beatum Sebastianum  
gloriosum Martirem tuum  
in tua fide et dilectione tam ardentem  
solidasti. ut nullis carnalibus blandi-  
mentis. nullis tyrannorum ~~tyrannorum~~  
minis. nullisq; carnisfici gla-  
dus siue sagittis aut tormentis a-  
tua possit cultura reuocari. Da no-  
bis quesumus miseris uictoribus  
eius uis meritis et intercessionibus  
in tribulatione auxilium. in persecu-  
tione solatium. et in omni tempore tri-  
bulationis et angustie contra pestem  
epidemicam remedium. quatinus possi-  
mus contra omnes dyabolicas insidi-  
as uiriliter dimicare. mundum et ea

que in mundo sunt / omnino despi-  
cere. et nulla e<sup>s</sup> aduersa formida-  
re. siue ebriam quozq; et uanam  
gloriam cum omnib<sup>9</sup> uicijs siue  
rare. et que a te iussa sunt. recta  
intentione verificare per d<sup>ni</sup> d. n.

**O** bone **De s. laurentio anciphotia**

laurenti martyr uenerande  
per orbem. rebus in nostris ex-  
tingue libidinis ignem **Ver** disper-  
sit dedit pauperibus. **I**usticia e<sup>s</sup>  
manet in seculum seculi. **O**remus

**Q**ui nobis quesumus omni **oro**  
potens deus uitiorum n<sup>ost</sup>roru  
flammas extinguere. qui beato  
laurentio tribuisti tormentorum

suorum incendia superare per  
 chm̄ dominum nostrum. **de sancto**

**A**uct<sup>9</sup> vincencius. **Vincencio aii**  
 a puericia litterarum studys  
 tradit<sup>9</sup> superna sibi prouidente  
 clementia gemina scientia effica  
 cissime claruit. **Verbo** suis dñe su  
 percaruit eius. **Coronam** de lapide  
 pretioso. **Premus Oratio**

**A**desco dñe supplicatiomb<sup>9</sup> nr̄is  
 ut quæ iniquitate reos nos  
 esse cognoscimus beati vincencii  
 Martiris tui intercessione liberemur  
 per chm̄ dominum nostrum. **de s.**

**O** Martyr **Christophoro auct<sup>9</sup>**  
 Christophore pro saluatoris ho-

noze. tu fac nos fore dignos vieta  
tis amore. Promissione christi. que  
petis obtinisti. Da populo tristi.  
bona que moriendo petisti. Confer  
solamen. et mentis tolle grauamen.  
Iudicis examen fac mitis omnibus  
amen **ver** Gloria et honore corona  
sti eum dne. Et constituisti eum  
super opera manuum tuarum.

**Q**uoniam **Premus oratio**  
quesumus omnipotens et in  
sericors deus. ut qui beati christo  
phori martyris tui memoriam  
agimus. eius vus meritis et inter  
cessionibus a morte subitanea.  
peste. fame. timore et nauertate

ac ab omnibus invidis inimicorum  
 nostrorum liberemur per te iesu  
 chrisce saluator mundi. quem ipse  
 meruit in humeris suis portare.  
 qui cum patre et spiritu sancto  
 vivis et regnas deus. per omnia  
 secula seculorum Amen. *de s. ge*  
**G**eorgi Martyr *oratio Martyre*  
 mclite. te decet laus et glo  
 ria. viedotatum milicia. per que  
 puella regna. existens in trisicia.  
 coram dracone vestimo. te rogās  
 corde inimo saluata est. et animo  
 se reddidit altissimo. cum multis  
 infidelibus. *Fac ergo sic. ut cuius*  
 tu iungas nos celestibus nostris

ablutis sordibus. ut simul cum le-  
ticia tecum simus in gloria. nostra  
q̄ reddant labia laudes christo cu  
gracia **Ver** **O**ra pro nobis beate mar-  
tyr georgi ut digni efficiamur pro-  
missione christi. **Premus oratio**

**O**mnipotens sempiternus deus  
qui deuote deprecantium uoces  
benignus exaudis. **M**aiestatem tu-  
am supplices exoramus ut sicut in  
honore beati et gloriosi Martyris  
tui Georgij draconem a puella  
superari noluit. ita eiusdem in-  
tercessione hostes nros uisibiles  
et invisibiles. ne nocere nobis ua-  
leant. precedere digneris. **ver** **chr** **m**

dominum nostrum Amen. De sanc-  
to Erasmo Episcopo et martyre an

**O** Sancte Erasme martyr et  
pontifex christi. qui in die do-  
minico deo oblati fuisti. et ab eo  
letitiam sanctissime resurrectionis  
suscepisti. Suscipe precibus hanc ora-  
tionem quam ego miserimus et in-  
dignus peccator tibi offero pro uita et  
anima mea. et pro omni tribulati-  
one et angustia mea. Intercede pro  
me ad dominum nrm Iesum chm.  
ut det michi victum et amictum. et  
emendationem omnium peccatorum  
cum recta fide. et sincera deuotione  
absq; corporis et anime perturbatione

Memento enim. quod tibi deus pro-  
misit. ut quicumque nomen tuum de-  
uote inuocauerit. exaudiretur. et  
a cunctis necessitatibus corporis  
et animae liberaretur. **Dei**ro. comit-  
to me hodie in tuam firmam fidem  
et gratiam ut conserues me. usque  
ad finem uite mee. ne inquam in  
manus inimicorum visibilium et  
inuisibilium. sed libera me de vitis  
terre et a scandalis et ab omni-  
bus malis visibilibus et inuisibili-  
bus ad laudem et gloriam nominis  
tui. et omnium te inuocantium  
salutem Amen Kyrieleyson **I**hu-  
steleyson **K**yrieleyson. **P**ater noster.

Et ne nos inducas in temptationem.  
sed libera nos a malo Amen. **Ver.**

**O**ra pro nobis sancte **Erasmus**. ut  
digni efficiamur pmissione chri  
**Remus Oratio**

**O**rus cuius virtute beatus  
**Erasmus** Martyr et pontifex  
vniuersa tormentorum genera  
superauit. concede propitijs. ut  
omnium hostium nostrorum visibi  
lum et invisibilium insidias supe  
rare valeamus et a paupertate  
qualibet liberari mereamur. per  
chri dominum nrm Amen. **De**

**S**atus **Nicolaus S. Nicolaus**  
**S**aduc puerulus multo ieu

no macerabat corvus **vers** Ora  
pro nobis beate pater Nicolae. ut  
digni efficiamur promissionibus  
christi **Oramus. Oratio**

**O**pus qui beatum nicolaus  
pontificem tuum minime  
ris decorasti miraculis tribue  
nobis quesumus. ut eius meritis  
et precibus a geheme mendis  
liberemur per christum dominum  
nostrum Amen **De sancto Marti**

**P**astor egregie. Ora pro no  
bis deum **vers** Ora pro nobis be  
ate pater Martine. De digni ef  
ficiamur pmissione christi

S. Gregorius Confes. 4. Doct.  
Ecclesie 171

**Præmissa Oratio**

**D**eus qui conspicias. quia ex  
nulla nostra virtute subsistimus  
concede propitius. ut intercessionibus  
beati martini confessoris tui atque  
pontificis contra omnia adversa  
numquam per christum dominum  
nostrum Amen. **De sancto Grego**

Gregor:  
Ambros:  
Augusti:  
fol: 172  
Hieronim:  
altera  
pagina  
vert:

**Oratio** Pasce Apostolice vicio **ancipiti**  
Gregori sanctissime tuo vo  
sci precamine incrementum ecclie  
sue tuo rigato dogmate. et defen  
sato opere. **Oratio** Amavit eum dominus  
et ornavit eum. Stola glorie induit  
eum **Præmissa Oratio**

**D**eus qui anime famuli tui

S: Hieronimus.

*e Confessoris tui  
atq; Pontificis*  
Gregorii eterne beatitudinis glori-  
am contulisti. tribue nobis que  
sumus ut es meritis et precibus  
ad te peruenire mereamur. per chri-  
stum dominum nostrum **de sancto**

**O**risti fidelis **hieronimo ant**  
famulus prudens quoq; hiero-  
nimus. postquam suo intempore  
uirit eius famule celo reddidit ani-  
mam. terre carnis materiam **an**

**S**ustulit deduxit dñs per vias rectas.  
et ostendit illi regnum dei. **Deiuis**  
**O**risti qui beatum hieronimu  
confessorem sacerdotemq; tui  
scripture sancte ueritatem et mys-  
tica sacramenta reuelare dignat

Confessio: S. Augustini: 152

est presertim quesimus ut cuius natali  
na colimus eius semper erudiamur  
doctrinis et meritis adiuuenuer  
per christum dominum nostrum. Amen

**L**etare mater no **De sancto Au**  
gustino  
stra hierusalem quia **gustio**  
rex tuus dispensatorem strenuum  
et quem fidelissimum de seruitu  
te babilome tibi redemit augusti  
num. **Ver** Ora pro nobis beate pa  
ter Augustine. Ut digni effici  
mur promissione christi. **Premis**

**A**desto dñe simpli **Oratio**  
orationibus nostris. et quibus  
fiduciam sperande pietatis indul  
ges intercedente beato Augustino

S: Ambrosius

confessore tuo atq; pontifice con-  
suece misericordie tribue benignus  
effectum. per xpm dominum nr̄m.

Beate de beato Ambrosio ant

**O** Ambrosi confessor domini astra  
rem plebem corrobora sancta  
tua intercessione. ut qui victoriam  
ponderis premimur. beatitudinis  
tue gloria subleuemur. et te duce  
eterna premia consequamur. *Ver*

Amavit eum dñs. et ornavit eum.

Stola glorie induit eum *Premis*

**O** Deus qui dedisti populo *Oratio*  
tuo sanctum Ambrosium pre-  
dicatorem. concede quesumus.  
ut tanti pontificis intercessione

et tue pietatis defensione, ab omnibus  
 ubique liberemur aduersis et tranqui-  
 la prosperitate in tua laude letemur  
 per christum dominum nostrum. Amen.

**O**leonarde **De sancto leonardo an**  
 syon speculum, tu gloria matris  
 hierusalem, summus verusque lumen  
 patris, vincula solue locis, sicutur-  
 re iacentibus atris **Ver** **Oratio** pro nob  
 beate pater leonarde, ut digni effici-  
 amur promissione christi **Oramus**

**O**ra quesumus omnipotens **Oratio**  
 ens et misericors deus, ut sicut  
 obtentu beati leonardi confessoris tui  
 vinculos soluis in terris, sic eius  
 suffragantibus meritis, nos a peccatis

Solucos reddas in celis per chm̄ do-  
minum nostrum Amen **De sancto**  
**Q**uor de celo ad Anthom̄ **Anthomo**  
facta est. dicens. quomam virili-  
ter contra inimicos dimicasti. ecce ego  
tecum sum. et faciam te nominare in  
toto orbe terrarum. **Verba** pro nobis  
beate pater Anthom̄. ut digni effi-  
ciamur promissione ch̄i. **Oremus**  
**O**eus qui concedis **Oratio**  
obtentu beati Anthom̄ confes-  
soris tui. morbidum ignem exting-  
uere. et membris egris refrigerium.  
Presta quesumus. eius meritis et  
precibus. nos a geheme ignis in-  
tendens liberatos. integros mentis

et corporis tibi feliciter in gloria  
presentari per christum dominum no-  
strum Amen de s: francisco anc

**Q**uorum candor splenduit <sup>Beati Do. muncy</sup>  
nouum sydus emittit sacer <sup>177fo.</sup>  
franciscus claruit cui seraph ap-  
paruit signo cum caractere in uolis  
plantis et in latere. dum forma  
crucis gerere uult corde ore et  
opere **Ver** Signasti seruum tuum <sup>Francis</sup>  
dñe. Signis redemptionis christi <sup>cu</sup>

**Oremus Oratio.**

**A**dit nobis dñe quesumus  
beati francisci humilis  
et deuota oratio et supplicatio.  
in cui<sup>9</sup> carne mirabilis passiois

stigmata renouasti. qui uiuis  
et regnas deus per omnia secu  
la seculorum Amen **De sancto**

**G**uide ordo **Bernhardino ant**

**M**orum francisci noua  
plantula in Italia. Abissus  
miraculorum. Felix semis plus  
aquila thesauris possides motu  
Bernardine. ardens fascicula  
duc nos sine macula seruos ad  
regna celorum **Ver.** Ora pro no  
bis beate pater Bernardine. ut

+  
et ancil,  
las,

digni efficiamur promissione  
christi. **Oremus Oratio**

**D**eus qui ecclesiam tuam vita  
et doctrina beati bernhar

domini confessoris tui in plenitudine  
temporum renouare dignatus  
es tribue nobis famulis tuis, et  
meritis et intercessione tempora  
lia deservire, et celestium consor  
tio verbenimter gaudere. Verbum  
dominum nrm **De sancto Egidio**

**G**uge serue bone **Antiphona**  
Et fidelis. quia super pauca  
fuit fidelis supra multa te con  
stitiam dicit dñs **Verbra** pro no  
bis beate pater Egidii. ut digni  
efficiamur promissione christi.

**Oramus**

**Oratio**

**D**ecende nobis dñe miser  
cordiam tuam. et beatum

Igidium Abbatem, c9 nos dediſti  
vatroemus adiuuari. Tribue  
maieſtatem tuam iugiter exora  
re pro nobis. per chēi dominum  
noſtrum Amen **De tribus regibus**

**R**ex Chispar oratio deuota  
rex Melchior. Rex Baltha  
ſar, rogo uos rex ſingula nomina  
ueſtra. Rogo uos temos per ſanc  
tam temtatem. Rogo uos reges  
per regem regum, quem oculi ueſtri  
uagilentem in caelis uidere meum  
erunt, ut miſeredum hodie tri  
bulationum mearum, et intercedi  
te pro me ad deum, cuius deſiderio  
erules facti eſtis, et ſicut rex an

gelicam annunciationem in redi-  
 at ab herode eripuit. ita methodie  
 et semper liberare dignentur ab  
 omnibus inimicis meis, visibilibus  
 et invisibilibus, a subitanea et in-  
 provisa morte, et ab omni confu-  
 sione, malaque fama, et omni ve-  
 riculo corporis et anime per chri-  
 stum dominum nostrum Amen.

**Ver** Reges tharsis et insule mu-  
 nera offerent. Reges arabum et  
 saba dona adducent. **Collecta.**

**D**eus illuminator omnium gen-  
 tum da populis tuis perpetua  
 pace gaudere, et illud lumen splē-  
 didum infunde cordibus nostris

quod trium magorum mentibus as  
pirasti per dominum nostrum Iesum  
christum filium tuum. qui uenturus  
est iudicare uiuos et mortuos et secu-  
lum per ignem Amen *de s. Job ant.*

**I**te est vir qui non est derelictus  
a deo in die certationis sue. et  
ipse conculcauit cabur serpentis  
antiqui. modo coronatus est. quia  
fideliter uicit in mandatis domini  
*Verſi.* Os iusti meditabitur sapi-  
entiam. et lingua eius loquetur in-  
ditum et lex dei in corde iusti

**O**ne hiesu christe sole *oratio*  
Dor patris eterne per quem  
omnium fit largitio gratiarum

antiquos  
qui gloriosos patres tui figuram  
et nomine et opere gerentes inter  
huius mundi tentamenta virtute  
constancie decorasti. atque ut tuum  
aduentum in carnem p[ro]nuncia-  
rent inspirasti. exaudi nos precor  
et concede ut qui beati Job vicia  
ra ueneramur merita patientie  
suis imitemur exempla. qui uiuis.

**L**umen ecclesie **de beato d[omi]no**  
doctor ueritatis. rosa pacien-  
tie ebullit castitatis. aquam sapien-  
tie p[ro]masisti gratis. u[er]edicator gra-  
tie nos unge beatis **ver.** Pa pro  
nobis beate d[omi]ne. ut digni effici-  
mur promissione christi **oratio**

+ at q. Albatris

**O**ncede quesumus omnipotens deus, ut qui victorum nostrorum pondere pinguur beati dominici confessoris tui patrocinio subleuemur per christi dominum nram **De s. petro Martire an**

**O**Martyr egregie doctore ueritatis puritatis uasculum norma sanctitatis tua per suffragia ueniam peccatis. et uitam in gloria presta cum beatis **ur** pra pro nobis beati petre. ut digni efficiamur promissione christi. **Oramus Oratio**

**P**resta quesumus omnipotens deus. ut beati petri martir

tu fidem congrua deuotione sec-  
temur. qui pro eiusdem fidei di-  
latatione martyri palmam me-  
ruit obtinere. per xpm dominu  
nostrum Amen **de sancto Josepho**

**T**eruemur pro nobis dñe que-  
sumus sanctus tuus Joseph que-  
filij tui dñi nostri iesu christi cu-  
scodem. et matris eius. sponsum esse uo-  
luisse. ut bonitatem et disciplinam *virginis*  
et scientiam. quam meritis nostris *Maria*  
non ualeamus ex patrocinio assequi-  
mur. per eundem xpm dominum  
nostrum Amen **Thobie benedictio**

**B**enedictio Thobie pro itinerantib?  
quam senior Thobias iuniori

adortavit sic mecum educat et re  
ducatur omnipotens pater atq; dei  
vniuersus filio in prosperitate et  
sanctate prout iunior thobias an  
gelo dei ammissitante reductus  
erat amen.

x et spiri  
tus sanc  
tus

memoranda  
mors et red  
Nam  
confessio  
na redep  
no petiti m  
relesti deo  
intercedat  
ofsum  
n iudice  
missionem  
resecuti  
Des p  
Domine  
tis me  
nam flau

Confes:

179

S. Sebald  
fo. 232.

**M**emoratio **Beati Iubini** co-  
tra guttas et podagra.

**V**am venerandus es egregie  
confessor xpi Iubine qui terre-  
na contempsisti et celi ignuam  
exultans percisti modo victor fulges in  
virtute celesti. ideo te supplices exorora-  
mus vt intercedas pro nobis ad dnm  
deum nostrum. **Versus.** Ora pro no-  
bis beate Iubine. **V.** Vt digni efficia-  
mur promissionibus xpi. **Et mereamur**  
a gum preseruari et podagra. **Oratio**

**O**res pietatis tue quesumus  
domine supplicationibus nos-  
tris inclina vt qui peccato-  
rum nostrorum flagellis pecunimur. :-



intercedente beati Iuliano confesso  
re tuo atq; pontifice ab omnibus totius  
corpous et anime doloribus guttis et  
podagra atq; aduersitatibus vniuersis  
misericordie tue gratia liberemur. Per  
dominum nostrum ihesum christum fi  
lium tuum. Qui tecum viuit et regnat  
in vnitate spiritus sancti deus. Per om  
nia seculorum secula. Amen. *cccc*

**Sequuntur orationes de Virginitate  
et primo de Katherina.**

**A**ve virginum gemma ka-  
therina. Ave sponsa  
regis regum gloriosa. Ave virga  
christi hostia tua uenerantibus  
patrocina impetra paradisi gau-  
diu. **Oratio** **P**ra pro nobis beata  
virgo et martyr katherina. ut dig-  
ni efficiamur promissione christi.  
**Oratio** **D**eus qui de-  
disi legem moysi in summitate mo-  
tis **S**inay. et in eodem loco per san-  
ctos angelos tuos corvus beate ka-  
therine virginis et martyris tue  
mirabiliter collocasti. tribue que

Catha:

sumus ut iouis meritis et mercede  
omnibus ad montem qui chris est. uale  
amus peruenire. per chris dominu  
nostrum Amen *de eadem alia ant*

**B**eatissime uirginis katherine  
scopus sepultum est ab ange  
lis in uertice montis syna celum  
conscendit anima. in sponsi sui  
thalamo uerbenni fruens gaudio  
sancta katherina uxo nobis iugiter  
ora *ver* tra uxo nobis beata uirgo  
et martyr katherina. *de digni ef*  
ficiamur promissione chris *oro*

**O**mnipotens sempiterna deus  
qui beatam uirginem et mar  
tyrem tuam katherinam in carcere

confortasti. Regnam et Vorphy-  
rum. Vovulq; multitudinem  
ad fidem Christi conuertisti. voca-  
vinq; discrimen ad confusionem  
gentilium confregisti. Ac eius cor-  
pus gloriosum, in cacumine montis  
Synay per sanctos angelos tuos  
seruare precepsi. concede p'itius,  
nos ad avicem virtutum prouehi,  
et in aula celestis curie finaliter  
collocari per Christum dominum nostrum

**A**ntissime. *Sequen de eadem*  
Virginis votiua festa recola-  
mus venerantes hanc diem vclara  
omnes concinamus. Proferat hec  
contio laudes, et deuotio sit sincera

Concrepet organica modulis et can-  
ticis laude digna. Hanc fuisse fili-  
am costi regis vincam tradunt scri-  
pta. Annis puerilibus sophisticis  
artibus fuit clara. Turbam philo-  
sophicam vitat et Rhetoricam dis-  
putando. Hinc regina credit deos  
uanos respuit. Fit venalis machi-  
na pereunt ac milia dum rotatur  
agmina paganorum. Mox trun-  
catur cavite. a sunt turbe celice  
sevelitur debite monte syna. Pra-  
pro populo precare pro clero mar-  
tyr christi Fatherma. Astantem  
populum laudantem te clerum  
sone rege per secta Amen

Lacta: Virgin:

102

**A**ve virgo katherina. ave  
martyr et regina. Ave spo  
sa christi vera. ave mitis et sine  
ira. Ave virgo deo digna. Christo  
vire me consigna. Preces presta  
uotum. Vox in bono fac innotum.  
Sousfer mihi cor contritum. rege  
visum et auditum. Rege gustum et  
olfatum. virgo sancta rege tactu.  
Vt in cunctis te regente vitam deo  
viva mente. O beata katherina  
Pablonis de sentina. Tutam mi  
hi ser ducatum. plasmatorem fac  
placatum. Esto mihi consolatrix  
pro me sis interpellatrix. Ihu  
scum pro me intervella. salua

581  
moris de procella. si veritate fac  
me mundum. ne demergat in pro  
fundum. ne me sinas naufragari  
in vectatis in hoc mari. Virgo dei  
nunc memento. quo labore quo  
tormento. **R**egni dei meruisti.  
et sic celos ascendisti potens in  
conspectu dei. **M**emor esto precor  
mei. **M**emor esto supplicantis. me  
mor esto quod in tantis. sin vecta  
tis constitutus multis malis in  
uolutus. **V**isita tu me infirmum.  
et in bonis fac me firmum. **A**gon  
sta dei fortis. esto vresens in hora  
moris. **D**ecumbentem fove leua.  
et de morte solue seua. et resurgit

Virgi Catha.

183

nouus homo. cuius in celesti domo.  
Duplex mors ne me infestet. Iesus  
christus nobis illud presert. Tua prece  
exoratus. idem pater. idem natus.  
Idem vteriusq; flamen. qui viuunt  
et regnat Amen **Ver.** Diffusa e  
gracia in labijs tuis. **Re** terea be  
nedit te deus in **celestium collecti**

**O**mnipotens sempiternus deus.  
Ineffabilem misericordiam  
tuam simpliciter deuocamur. ut  
sicut liquor. qui de membris beate  
virginis et Martiris tue habetur.  
vigiter manans. languidorum  
corpore sanat. sic eius oratio san  
cti cunctas a nobis iniquitates.

fol. 74. d. 183.

et infirmitates expellat. et omnia  
mala a nobis clementer auertrat.  
et ad regnum celorum feliciter  
perducatur Amen *de s. Barbara añ*

**H**os virginum vos Mariam o  
beata Barbara cui tota tem  
tas reuelata. neruis turrenis uer  
berata. carcerali custodie tradita  
sanguine perfusa mammillis abscisa  
uestimentis denudata sed scola can  
pida ab angelo allata. qua induta  
dyoscolo es presentata. atq; sub eo mar  
tyrisata. sis pro nobis ad domnu  
nostrum Iesum xpm interuenire  
pia *Alia Antiphona* *Quilchra*  
precipuum rosa dans odorem flo

rens in pectum ante creatorem. co-  
 cupiuit speciem tuam rex celorum  
 perducat nos ad requiem Barbara  
 uolozum **Ver.** Ora pro nobis beata  
 uirgo et martyr Barbara, ut digni  
 efficiamur promissione christi **oro**

**I**ncessio nos quesumus do-  
 mine beate barbare virgi-  
 nis et martiris tue nos protegat,  
 ut rex eius interuentum gloriosis-  
 simum sacrosanctum corpus dñi  
 nostri iesu christi. ante uite nostre  
 exitum uera fide et uera confessio-  
 ne atq; plenaria satisfactione. una  
 cum sancti olei unctione ueraciter  
 mereamur. per eundem xpm domi-

181  
nostrum Amen **De sancta Maria**

**A**ria vixit **Magdalena ant**  
ergo pedes iesu. et exersit ca-

pillis capitis sui. et domus impleta  
est ex odore vnguenti **Ver** Dmiffa  
sunt ei vectata multa quoniam di-  
lerit multum **Oramus. oratio**

**R**egre nobis dementissime  
pater. quod sicut beata ma-  
ria magdalene vnguentum tuum  
super omnia diligendo suorum ob-  
tinuit ueniam pctorum. ita nobis  
auud misericordiam semviteam  
invetret beatitudinem **Ver** chri-  
stum dominum nostrum Amen.

**I**ngressa agnes de s. agnete añ  
 tur vitudinis locum angelum  
 diu varatum inuenit. **ver** diffusa  
 est gracia in labus tuis. **poterea** be-  
 nedixit te deus in eternum. **Premus**

**O**mnipotens sempiternus **oro**  
 deus qui infirma mundi eligit  
 ut fortia queq; confundas. conce-  
 dit utis ut qui beate Agnetis  
 virginis et martyris tue solen-  
 ma colimus. eius apud te patroc-  
 ma sentiamus. **ver** chm domini  
 nostrum Amen de sancta **Marga**

**ret**  
**at** autem Margareta **reta**  
 annorum quindectim. cum ab  
 impio olibrio traderetur in carcere

ies<sup>v</sup>

S. Anna.

ver. Speie tua et pulchritudine  
tua. intende prospere procede et  
regna. **Oratio**

**D**eus qui beatam Margare  
tam virginem ad celos per  
martyrii palmam venire fecisti  
concede nobis que sumus ut eius ex  
empla sequentes ad te vertingere  
mereamur per christum dominum  
nostrum Amen. **Commemoratio**

**G**aude felix de sancta Anna  
Anna concepisti prolem que  
erat paritura mundi saluatorem  
**G**aude felix anna mater magne  
volis ex te processit rutilans  
mater summe solis. **G**aude

felix Anna genitrix marie. Virgo  
 deum peperit et mater est messie  
**G**audere felix anna que sola me  
 ruiti. Mater esse virginis matris  
 iesu christi **G**audere felix anna  
 gaude sine fine. pro me preces vor  
 rige celorum regne **ver.** Ora p no  
 bis beata Anna. ut mundemur ab  
 omnibus malis in hac uita. **Ore**

**O**mnine iesu **Oratio**  
 qui beate Anne tantam grati  
 am donare dignatus es. ut glorio  
 sam virginem Mariam. matrem  
 tuam in utero suo portare mereret  
 Da quesumus per intercessionem  
 dilecte matris ac dilectissime filie Mari  
*Anna* *α*

ambartu

fol. 178.

228.

etia

170.

Marie matris tue / tante p[ro]p[ri]etatis  
 abundantiam / ut vexillarum  
 sacratissimam intercessionem ab  
 omni malo ac venulo corporis et  
 anime nos defendas. et v[er]sentis  
 vite salutem conferas et ad gaudia  
 celorum perducas. **Per christum do-**  
**minum nostrum Amen** **De sancta**

**V**irgo **Martyr Apolonia** ant  
 egregia pro nobis arolonia  
 funde preces ad dominum. ut collat  
 omne noxiu[m]. ne pro reatu crim  
 num morbo ueremur dentium  
**Vir.** **Pr**a pro nobis beata uirgo et  
 martyr **Apolonia**. ut digni effici  
 amur p[ro]missione christi. **Oremus**

**D**eus qui  
 Apolonia  
 in tu  
 ibi se. con  
 et merita  
 laurur. et  
 fiduciam  
 tis remed  
 in domi  
 egregia  
 matre fel  
 uerit fin  
 mclita d  
 in morte  
 na gaud  
 ta decate

**D**eus qui beatam **Oratio**  
 Iuolomiam virginem et  
 martyrem tuo speciali privilegio  
 mundisti. concede propitius ut ibi  
 dono et meritis languores dentium  
 ervellantur. et omnes qui in eam  
 suam fiduciam gerunt per eandem  
 sanitatis remedium consequamur.  
 per christum dominum nostrum. Amen

**G**regoria de **sancta helena** an  
 mater felix helena. christi  
 filii dei uera famula. et Regina  
 mundi inclita. deum pro nobis ex  
 ora. ut in mortis hora perducamur  
 ad eterna gaudia. et nos tecum  
 in gloria decantemus dulcia cetera

178  
cantica angelica. **Alleluia** *versu*  
Specie tua et uoluntate tua.  
Intende prospere procede et regna  
**O**mnipotens sempiternus **Collect**  
terne deus. qui per gratiam  
tuam beatam belem in tuo lumi-  
ne uere fidei gloria illustrasti. et  
in amorem uirgine filij tui dñi  
nri iesu christi attendisti. et my-  
sterio incarnationis filij tui iesu  
christi passionis ac crucis deside-  
rio eam inflammasi. ita corda  
et corpora nostra pietate tua cle-  
menter purifica. et in dilectione  
tua nos iugiter conserva. uer-  
eundem christum dominum nostrum  
**Amen**

orat: ante et post Com:

188

**Orationes ante et post Comuioes**

**O**mnipotens et misericors deus.  
**M**ate ego indignus peccator acce-  
do ad sacramentum corporis et san-  
guinis domini nostri iesu christi. **A**c-  
cedo tamen quam infirmus ad medici-  
nam. **I**mmundus ad fontem misericor-  
die. **C**ecus ad lumen claritatis eter-  
ne. **I**gnarus ad magistrum uerita-  
tis et doctorem iusticie. **P**oenus ad  
dominum celi et terre. **I**udus ad  
regem glorie. **R**ogo ergo nimense  
largitatis tue abundantiam, quibus  
meam digneis sanare infirmitate.  
**I**lluminare cecitatem. docere fati-  
tatem. lauare feditatem. ditare

*Confessio generalis 208.*

paupertatem. uescare nuditatem.  
ut ipm panem angelorum et do-  
minum dominantium et regem re-  
gum tanta suscipiam contritione  
et deuotione reuerencia et tremore  
tanta puritate et fide. tali proposito  
et humilitate. sicut excedit saluti  
anime mee. Da mihi queso illud  
dominici corporis et sanguinis no-  
solum suscipere sacramentum sed  
et uirtutem sacramenti. **Q**uam  
tissime deus. da mihi sic suscipere  
corpus uirginitatis tu. quod traxit  
de uirgine. ut corpori suo misce-  
retur incorporari. et inter eius  
membra connumerari. **P**ater

amantissime concede mihi dilectū  
 filium tuum quem nunc uelatum  
 suscipere xpono reuelata tandem  
 facie contemplari. qui cum. **Alia**

**O**mnine iesu christe **oratio**  
 immensam clementiam tuā  
 humli deuotione deosco. ne ira  
 scaris mihi indigno famulo tuo  
 pro hoc q̄ tam in mundo corvore  
 et mente in dominum tuam intrare,  
 et sacrosā uictum corpus. uicisq̄  
 sanguinem tuum sumendum ac  
 cedere uesumo. sed recordare obse  
 cro. q̄ mulierem sanguinis a con  
 tactu gloriose fimbrie uestimen  
 ti tui. et illam quoq̄ peccatricem

flentem et penitentem a sanctorū  
pedum tuorum osculo non repulisti.  
**T**u nec me dñe Iesu chre innumeris  
scelerib⁹ meis a cōmunionē tanti  
mysterii uelut indignum repellas.  
sed penitentiam mihi indigno, fon-  
tem lachrimarum habere concedas.  
ut in syndone munda id est munda  
to corde et corpore non ad suditiū,  
sed munda et pura consaencia ad  
remedium anime et remissionem  
omnium peccatorum meorum te mi-  
serante percipere merear Amen

**Alia oratio ante Cōmunionē**

**O** Pulcherrime atq; amantissime  
dñe Iesu chre quem nunc

ante Comuni:

190

deuote desidero suscipere. tu scis  
infirmi-  
tatem meam et necessita-  
tem, quam patior. in quantis ma-  
lis et vicis taceo. quam sepe sum  
granatus, tentatus, turbatus et  
inquinatus. Pro remedio ad te uenio  
pro consolatione et subleuamine,  
te deprecor, ad omnia scientem lo-  
quor. tui manifesta sunt omnia  
interiora mea. et qui solus potes  
me perfecte consolari et adiuua-  
re. tu scis quibus bonis indigeo,  
pro omnibus, et quam pauper sum  
in virtutibus. **T**ate scio ante te  
gratiam postulans et misericor-  
diam. refice esurientem mendi-

cum tuum **A**ccende frigiditatem  
meam igne amoris tui. **I**llumina  
cecitatem meam claritate presen  
cie tue. **V**erte mihi omnia terrena  
in amaritudinem. omnia graua  
et contraria in patientiam **F**rige  
cor meum ad te in celum. et ne di  
mittas me uagari super terram.  
tu solus mihi ex hoc dulcescas us  
q; in scdm. quia tu solus abus es  
et potus meus. amor me9 et gaudi  
um meum. dulcedo mea. **V**enā me  
totaliter ex tua presentia accen  
das et combures. et in te transmu  
tes. ut vn9 tecum efficiar spūs y  
grām interne vniōis. et lique

ante Commun.

191

factionem ardentis amoris. ne pa-  
tiaris me ieiunum et aridam acce-  
recedere, sed operare mecum mise-  
ricorditer sicut sepius operatus es  
cum sanctis tuis mirabiliter. quid  
mirum. si totus ex te ignescerem,  
et in meo deficerem, cum sis ignis  
semper ardens, et nunquam defi-  
ciens amor. corda purificans, et  
intellectum illuminans Amen

**Alia oratio ante Communionem**

**Q**uoniam totius misericordie, qui  
nunquam manare cessas. ue-  
ni hodie et tribue anime mee egro-  
ta carnem tuam deuote sumere. et  
pretiosum sanguinem tuum bibere.

non quia iustus sum sed pator. qz  
non est opus sanis medicus sed ma  
le habentibus. **Q**uer a charitas inq  
est eterna felicitas. **S**pes unica a  
nimme mee. aufer a me iniquitates  
meas. ut pura mente merear intra  
re ad sancta sanctorum. **T**e expectat  
cor meum imple desiderium meum  
quod in me misisti. ut ipse uoluisti.  
**T**uus sum ego tibi. noli me derelin  
quere alieno. **D**extera tua semper me  
preueniat. et ab omni malo defen  
dat. **D**one ueni. cui ego miserum  
pectavi. obliuiscere peccata mea proq  
bus effudisti sanguinem tuum.  
**D**eni dulcissime deus. da mihi cibum

+ Jesu

salutis eterne. ueni hostia immacu-  
 lata libera me a morte eterna. Veni  
 infirmorum medicus. Veni ieiunan-  
 tum tabes. ueni dne visita domum  
 istam. nomini tuo dedicatam. Pater  
 uenio ad te quem toto corde desidero.  
 Ad quem tota mentis intentione as-  
 piro quem cotis uisceribus amplector.  
 Cuius corpus et sanguinem accipere  
 cupio ut semper in me mancas. et in  
 celum non me dimittas Amen

**Alia oratio ante Communem**

**A**ve sanctissima caro chrisi  
 et sanguis. Ave summa dul-  
 cedo que detrimentum nescis. fas-  
 tidium tollis. Mortem necas vita

eternam prestas. **Aue** beata refe-  
ctio. que electos tuos de mundi hu-  
ius exilio ducis ad patriam. **Aue**  
felix hostia. que in crucis ara deo  
patri pro nostrorum pondere pctō-  
rum es oblata. **Aue** manna nive  
candidi⁹. melle dulcius. omni au-  
ro preciosius. aufer obsecro pas-  
tor bone a me iniquitates. ut puri-  
ficato corpore. et spū. merear de-  
gustare sancta sanctorum. **Fitq;**  
mibi hoc uenerabile sacramentū  
contra hostiles insidias in expug-  
nabile presidium. ut hoc saluta-  
ri viatico refectus. lubricas hui⁹  
uite vias immaculato calle tran-

sire, et ad te panem vinum et uerū  
 angelorum dominum sine impedi-  
 mento dyabolice fraudis ualeam  
 peruenire. **F**raudi me, placare  
 dñe, attende. et fac ne moreris per  
 temetipm: deus meus, quia nemo tan-  
 ti mysterij poterit esse dignus, nisi  
 tu omnipotens, suscipientem fece-  
 ris esse dignum Amen

**A** mensam **Alia oratio**  
**A** dulcissim conuuij tui dñe  
 iesu christe. ego peccator de prijs  
 meritis nil presumens, sed de tua  
 confidens misericordia et bonitate  
 accedere uereor et contremisco. na  
 cor et corpus habeo multis criminib⁹

891  
maculatum. Mentem et linguam  
non caute custoditam. Ergo pia  
deitas, o tremenda maiestas, ego  
miser inter angustias deprehen-  
sus ad te fontem misericordie re-  
curro ad te festino sanandus.  
sub tuam protectionem fugio, et  
quem iudicem sustinere nequeo,  
saluatorem habere suspiro, tibi  
dñe plagas meas ostendo, tibi ue-  
recundiam meam detego. Scio  
peccata mea multa et magna y-  
quibus timeo. Spero in nri misericor-  
dias tuas, quarum non ē nume-  
rus. Respice ergo in me oculis  
misericordie tue, pie dñe Jesu

christe rex eterne deus. homo cruci-  
fixus ppter hominem. Exaudi  
me sperantem in te. et miserere  
mei plem miseris et peccatis. tu  
qui in fonte miserationis nunq̄  
manare cessabis. Salve salu-  
tatis victima pro me et omni hu-  
mano genere in patibulo cruci-  
oblata. Salve nobilis et preciosis-  
sime sanguis de vulnere crucifi-  
xi domini mei iesu christi proflu-  
ens. et peccata totius mundi abluens.  
Recordare domine creature tue.  
quam tuo sacro sanguine rede-  
misti. peccet me peccasse. cupio  
emendare quod feci. **I**ufer ergo

401  
a me clementissime pater omnes  
iniquitates et peccata ut purifica  
tus mente et corpore digne degusta  
re merear sancta sanctorum. et co  
cede ut sancta prelibatio corporis  
et sanguinis tui quam ego indignus  
sumere intendo. sic peccatorum me  
orum remissio. sic delictorum perse  
